

GLAGOLITA

C L O Z I A N U S

ID EST

CODICIS GLAGOLITICI INTER SUOS FACILE ANTIQUISSIMI,

OLIM,

DUM INTEGER ERAT VEGLAE IN THESAURO FRANGEPANIANO, HABITI PRO S. HIERONYMI BIBLIHS CROATICIS,

SUPPARISQUE AD MINIMUM EXARATO A ·MLVH· CYRILLIANO OSTROMIRI NOVOGRADENSIS,

ΛΕΙΨΑΝΟΝ FOLIORUM ·XII· MEMBRANEORUM, SERVATUM IN BIBLIOTHECA

ILL^{MI} COMITIS PARIDIS CLOZ TRIDENTINI.

LITTERIS TOTIDEM CYRILLICIS TRANSCRIPTUM, AMPLISSIMIS DE ALPHABETI GLAGOLITICI REMOTIORI ANTIQUITATE ET LITURGIA SLAVICA A. D. ·DCCCLXX· PRIMUM COEPTA IN PANNONIA PROLEGOMENIS HISTORICIS ET PHILOLOGICIS, MONUMENTIS ITEM TRIBUS DIALECTI CARANTANICAE SECULI ·X· MONACHI REPERTIS, ITEMQUE SPECIMINIBUS SLAVICARUM CIS DANUBIUM DIALECTORUM AB A. ·MLVII· AD ·MDCCCXXXV·; CALENDARIO SLAVICO A. ·MLVII· ALIISQUE INEDITIS; ADDITO GRAECO GLAGOLITAE INTERPRETIS ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΩΙ, LATINAQUE SLAVICORUM OMNIUM INTERPRETATIONE, LINGUAE DEMUM SLAVORUM UTRISQUE RITUS ECCLESIASTICAE BREVI GRAMMATICA ET LEXICO ILLUSTRATUM EDIDIT ET QUALEM CUMQUE HANC EDITIONEM SUO STUDIO ET PECULIO PROCURATAM HONORIS ET GRATI ANIMI CAUSA, QUOD IN QUINQUENNIO TRACTANDUM EDENDUMQUE SIBI CODICEM CONCEDIDIT,

ILL^{MO} COMITI PARIDI CLOZ TRIDENTINO

FELICI CODICIS DOMINO

DEDICAVIT

Bartholomaeus Kopitar,

AUGUSTISSIMO AUSTRIAE IMPERATORI A BIBLIOTHECAE PALATINAE CUSTODIA.



S. Paulus apostolus ad Romanos XIV, 11:

ΚΑΙ ΠΑΣΑ ΓΛΩΣΣΑ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΕΤΑΙ ΤΩΙ ΘΕΩΙ.

ET OMNIS LINGUA CONFITEBITUR DEO.

Ⲫⲟⲩⲃⲁⲓⲟⲩ ⲛⲉⲟⲩⲟⲩ ⲛⲟⲩⲟⲩ Ⲫⲟⲩⲃⲁⲓⲟⲩ ⲛⲉⲟⲩⲟⲩ ⲛⲟⲩⲟⲩ Ⲫⲟⲩⲃⲁⲓⲟⲩ ⲛⲉⲟⲩⲟⲩ ⲛⲟⲩⲟⲩ. Glagolita Clozianus.

и всѣкъ ѡзвѣкъ исповѣтъся гѣи. Idem Glagolita Clozianus transcriptus cyrillice.

и всѣкъ ѡзвѣкъ исповѣтъся кѣи. Cod. Bibl. Caes. bulg. Dragomirn.

и всѣкъ ѡзвѣкъ исповѣтъся кѣи. Cod. Bibl. Caes. serb. chart. Cl.

и всѣкъ ѡзвѣкъ исповѣтъся гѣи. Editio princeps, Ostrog. 1580.

и всѣкъ ѡзвѣкъ исповѣтъся кѣови. Editio vulgata (1816).

CUM TABULIS AENEIS DUABUS.

VINDOBONAE,

PROSTAT APUD CAROLUM GEROLD BIBLIOPOLAM.

MDCCCXXXVI.

O P U S C U L I C O N S P E C T U S .

1) P r o l e g o m e n a .

	Pag.
I. Accidit in puncto, quod non speratur in anno.	III
II. Status rei glagoliticae ante inventum codicem Clozianum.	—
III. Causa glagolitica in integrum restituitur.	IV
IV. Describitur codex Clozianus.	—
V. Continuatur descriptio.	V
VI. An nostri quinterni sint pars codicis olim Assemaniani, nunc Vaticani.	VI
VII. Vestigia aliorum codicum glagoliticorum persequenda.	—
VIII. Continuatur descriptio codicis Cloziani.	—
IX. Scriptura codicis.	VII
X. Contenta in codice.	—
XI. Fructus ex illius editione redundaturus.	VIII
XII. Slavorum linguae sacrae origines.	—
XIII. Slavorum linguae sacrae ejusdem varietas.	IX
XIV. Novissimi primi, et vice versa.	XII
XV. Glagolitarum status hodiernus.	XIII
XVI. Missalis Glagolitici epochae tres.	XV
XVII. Statistica Glagolitarum.	XVII
XVIII. Quae malo remedia quaerenda.	XVIII
XIX. Ratio et consilium edendi codicis Cloziani.	XIX
XX—XXVIII. Expositio tabularum aenearum hujus operis.	XX
XXIX. In historiam Slavorum Pannoniae et Moesiae respectus.	XXX
XXX. Slavicarum cis Danubium dialectorum contentio.	XXXII
XXXI. Specimen dialecti carantanicae sec. X: Monumenta Frisingensia tria, explicata et illustrata.	XXXIII
XXXII. Specimina Slavismi Cisdanubiani, ab A. 1057—1835.	XLVIII
XXXIII. Appendix prima: Kalendarium Ostromirianum A. 1057, cum latina interpretatione. Subscriptio codicis Evangeliorum Ostromiriani A. 1057.	LXI
XXXIV. Appendix altera: de Moravis carantanis.	LXX
XXXV. Appendix tertia: Sonus κ Pseudocroatarum interamnensium.	LXX
XXXVI. Appendix quarta: de S. Methodio superstite in Moravis anno adhuc 884.	LXXI
XXXVII. Appendix quinta: Anonymi Salisburgensis A. 873 scriptoris, Historia Conversionis Carantanorum et de S. Methodio testimonium querulum quidem sed luculentum. (Editio nova ope quinque codd. plenior et emendatior).	LXXII
XXXVIII. Appendix sexta: Slavorum Cisdanubianorum historiae conspectus chronologicus usque ad A. 901.	LXXVI
XXXIX. Conclusio Prolegomenon.	LXXX

2) O p u s i p s u m .

Codex glagoliticus Clozianus accurate transcriptus totidem litteris cyrillianis usitatoribus.	1
Graecum Προκειμενον Slavi interpretis; itemque slavicae versionis Interpretatio latina.	25
Locorum biblicorum collatio.	40

3) E p i m e t r o n .

Collatio interpretationis ineditae psalmi CIII, 1—11, e codice sec. XI. glagoliticocyrilliano, cum archetypo graeco ejusdem interpretationis, itidem inedito, e codd. Ambros. et Vindobonensi.	14
Slavorum linguae sacrae Grammatica brevis.	47
Ejusdem linguae sacrae breve Lexicon.	67

In Textu Codicis Cloziani p. 1—24.

- Lin. 9. Pro постъидитса lege постъидитъса.
 — 27. — пѣкъ Codex habet пѣкъ.
 — 69. — съи lege съи. Sic et in Lexicop. 83: съи ѿ ѿи.
 — 92. — оѣмъ Codex habet оѣмь.
 — 99. — имѣти Codex habet ѿмѣти.
 — 101. Inter -штерьмї et иже Codex habet punctum.
 — 111. Col. 2. excidit titla in: айлоу.
 — 138. Col. 2. excidit titla in: сѣи.
 — 146. Pro отъ владъикъ lege отъ владъикъ.
 — 176. Post оувѣмъ col. 2. dele comma.
 — 200. Post влхотѣ col. 2. dele comma.
 — 203. Pro вѣсен фїлософїи lege вѣсен фїлософїи.
 — 227. Pro кѣиваше lege кѣиваше, ex correctione.
 — 236. Pro коупаж codex habet more suo коупаж.
 — 240. Post прочїихъ abest punctum in Codice.
 — 250. Pro накръви lege: и на кръви, ut est col. 2.
 — 255. Col. 2. pro различъ lege: различь.
 — 261. Col. 2. junge отъ -сждж.
 — 270. Pro еѣпта lege еѣпта, sine titla.
 — 305. Col. 2. junge завѣи-ша; et lege створьшаго.
 — 308. Col. 2. pro дѣтъли lege дѣтъли.
 — 309. Pro паматъ lege паматъ.
 — 314. Lege: двѣри- и їзкѣгъ.
 — 324. Col. 2. pro фгнъцъ lege фгнъцъ.
 — 341. Pro сжтъ lege сжтъ.
 — 410. Post имъи Codex habet punctum.
 — 416. Pro стоаниерен lege: стоани іерен.
 — 420. Post свѣтитъ punctum habet Codex.
 — 424. Pro длетъ lege длетъ.
 — 437. Col. 2. junge е фко-же.
 — 441. Pro нехотѣ lege нехотѣ.
 — 471. Pro творити Codex habet творитї.
 — 475. Post трапезѣ Codex habet punctum.
 — 480. Pro ми изглагола Codex habet мї изглагола.
 — 482. Pro распѣлъ lege распѣлъ.
 — 520. Col. 1. excidit инож ante пра-
 — 524. Post реченое Codex habet duo puncta (:).
 — 533. дїѣж (sic), non дїѣа quod expectes.
 — 560. Divide -ми докротами.
 — 562. Pro ѣкское Codex habet неѣское, ut est col. 2.
 — 566. Pro пѣскомъ съвѣ- lege пѣскомъ съвѣзано.
 — 576. Pro силнѣи Codex habet силнѣи.
 — 595. Lege сѣнѣдъ et прѣстѣпнѣж.
 — 604. кѣи Codex habet кѣи, diserte per ѡ!
 — 605. Pro кѣсмрътъе Codex habet кѣсмрътъе.
 — 618. Pro сѣсмрътъ Codex habet сѣсмрътъ.
 — 687. Pro свѣде- lege свѣдѣтельствоуетъ.
 — 691. Pro сѣстѣвнѣе lege сѣстѣвнѣе.
 — 696. Pro простеръ lege простеръ.
 — 705. ѣно lege ut est col. 2. нѣо, (id est неѣо).
 — 711. великѣи Codex habet великѣи.
 — 714. Divide прѣвѣе са.
 — 730. глѣши Codex habet глѣшї.
 — 732. Vocis ѣ vocalis cyanida: ѣ an ѣѣ (i. e. ѣа)?
 — 733. мрътвьцъ Codex habet мрътвьцъ.
 — 734. въздаемъ lege въздаемъ.
 — 735. Pro печатѣ lege печатї.
 — 736. Pro кѣзоумнѣе lege кѣзоумнѣе.
 — 747. кѣсмрътъю Codex habet кѣсмрътъю.
 — 748. їзмрътвѣихъ Codex habet їзмрътвѣихъ.
 — 754. Col. 2. pro сѣпаснен lege сѣпаснѣи.
 — 766. мѣвѣи и гласи Codex habet мѣвѣи ї гласи.
 — 767. Col. 2. pro кѣивѣжшѣа lege кѣивѣжшѣа.

- Lin. 771. Pro гогори col. 2. lege гогори.
 — 783. — съвѣзаша lege съвѣзаша.
 — 785. — иноплеменнѣи lege иноплеменнѣи.
 — 792. — елїко видимъ Codex habet елїко вїдїмъ.
 — 794. — соугобо чѣбко- lege соугобо чѣбко-
 — 804. — пѣннѣи lege пѣннѣи.
 — 819. — чѣкала lege чѣкала.
 — 835. — мїмо Codex scribit мїмо. Sic et L. 836.
 — 856. — приношаж Codex scribit приношаж.
 — 858. — еѣпта lege еѣпта sine titla.
 — 877. Supra зъ vocis розьство recentior manus ad-
 scripsit glagoliticum ждъ мѣоурацїио.
 — 892. вѣвѣтлѣмї Codex habet вѣ вѣтлѣмї.
 — 904. по к днъ Codex habet по к днъ.
 — 923. вѣниде Codex habet вѣниде.
 — 931. праведъника Codex habet праведъника.
 — 937. вѣистнѣж Codex habet вѣистнѣж.
 — 945. носифъ Codex habet їосифъ.
 — 953. ѣовї lege їѣвї (id est исугобї). Et mox ноштѣж.

In Reliquis.

- In Tab. I. Specimine 7 pro sec. 1493 lege: scr. A. 1495.
 Nec te turbabit praepostere citatus Tabularum ordo.
 Pag. III, 2, 13: pro sesquiseculo, lege: semiseculum.
 — XIII, 1, 1: dele: plus.
 — XXX, 2, 13: pro: at, lege: ad.
 — XXXI, 1, 1: pro nono, lege: novum.
 — LI, 2, 5: pro тој lege тај.
 — LVIII. 1. 4. Pro A. 1557 lege A. 1578.
 — LXX. Carantanorum hodieque vigentibus in vocum
 ipsis radicibus ж pro aliarum dialectorum оу, adde
 similes his Zagrabensium Infinitivi per ж flexionibus
 Carniolani Truberi A. 1550 archaismos in hoz ho
 (хочж) et verujo (вѣроуж), pro quibus tamen non
 solum Carnioli hodierni, sed et ipsi Truberi aequales
 Bohorizh et Dalmatin habent hoz hem et vérujem.
 At durat adhuc o (ж) in reliqua declinat. Fem. et Verbi.
 — LXXI, 2, 41: pro: inventum, lege: inventam.
 — LXXIV, 2, 14: pro: substixit, lege: substilit.
 — 50, 2, 6: pro: numerac, lege: numerare.
 — 55. Dativo Sing. paradigmatis неѣо, pro неѣсоу lege
 неѣсѣи. Parad. III. Local. penes -и fac etiam in -е:
 имене, обчѣте, неѣсѣе; cf. Glagolitam L. 37 et 44.
 Dualis denique numeri Nom. Acc. et Voc. omnium
 Neutorum paradigmatum pro -а corrige in -ѣ et -и;
 словѣ, лнѣи, оученїи, именѣ, обчѣтѣ, неѣсѣѣ.
 — 56. Paradigmatis кость Localem muta Instrumentali
 et vice versa, костьнѣж postponendo тѣ костьи.
 — 60. Instrumentalem дѣвѣтнѣа emenda in дѣвѣтнѣж.
 — 64. Pro: Quaedam in оуъ etc. lege: Quaedam оуъ
 (sine: in). Itemque post б): Usitatus постѣши, поу-
 стѣши adde: in libris Recentiorum minus correctis;
 nam verum поуштѣши (i. e. поуцѣши) habes in
 ipso Glagolita.
 — 65. De descriptione Adverbiorum оунѣ an оунѣ, тоун-
 нѣ an тоунѣ, dubius haereas; recentioribus колѣ,
 дѣлѣ, лоучѣ тѣ ѣ faventibus, at мѣнѣ et aliis тѣ ѣ.
 Cf. Dobr. Institt. p. 417.
 — 68. варѣж significat: elixo, coquo (non: frixo).
 — 70. Ante вѣгорицѣж pone punctum.
 — 71. Pro гжѣеница lege гжѣеница.
 — 84. тѣ сѣтѣ 2. pers. potius esset сѣши, quam сѣи,
 quippe verbi non ut дѣси etc. syncopati, sed integri
 ut est имамъ, имѣши, имѣтъ (имѣтѣ).

P R A E F A T I O.

I.

ACCIDIT IN PUNCTO, QUOD NON SPERATUR IN ANNO.

Hujus barbari versus expertus auctor ipse veritatem non nisi grato animo testatur. Audi sis rem lector benevole. Attulerat nobis, Kal. Jun. 1830, melioris luti bibliopagus, Jos. Drexler, ex hereditate collegae, volumen membranarum, sextante quidem jam multatum a priore domino; quod nos, ad instar Tarquini, eo dignius putabamus servari. Erat illud germanica lingua conscriptum vetustissimum comitatus Tirolensis urbarium (licebit enim librum redituum aevi suo nomine appellare); in cujus fronte adnotatum legitur: Sub Ill. principe, domino Meinhardo duce Karinthiae et comite Tirolis confectus est iste liber.

Posteaquam praeprimis tentaramus omnia ad recuperandos (si forte, jam quidem avulsi a codice, adhuc tamen salvi jacerent alicubi, sed heu nimis vere deperditos, quippe conscissos irreparabiliter in ligandorum librorum dorsa firmanda) extremos quaterniones, emimus aequo pretio reliquos Drexleri solertia feliciter servatos.

Cumque probe sciremus, quantopere Excellentissimus Di-Pauli a Treuheim, per Tirolim juri dicundo Caesareus Praesidens, et historiae patriae studiosissimus, de hoc tam insperato ἐρημίσθη nobiscum esset gavisurus, nil habuimus antiquius, quam hanc Bibliothecae Caesariae bonam fortunam cum ipso communicare.

Sed ultus est vir summus illius officio nostri importunitatem inexpectato plane, nobisque eo gratiore ἀντιδῶρον, indicato nempe nobis codice slavico, quem docti Itali seculo VI. adscriberent.

Rogavimus ut saltem videndi codicis procuraret copiam. Persuasit ille, qua pollet apud omnes gratia et auctoritate, Ill. Comiti Paridi Cloz, Tridentino, cimelii domino, ut per autumnus ferias visenti Urbem (Viennam) publico professori codicem concrederet, nobis ostendendum.

II.

STATUS CAUSAE GLAGOLITICAE ANTE INVENTUM CODICEM CLOZIANUM.

Quibus tum ego laetitiis incedebam, cum viderem glagoliticum, quem vocant, codicem si non antiquiorem, saltem aequalem vetustissimo cyrilliano Ostromiri Evangeliorum codici anni 1057!

Nam cum Illyrii quidem plerique semper manserint in vulgari opinione, alphabetum glagoliticum cyrilliano esse antiquius, non parum tamen labefactaverat apud mobilioris praesertim judicii homines hanc persuasionem κριτικῆς b. m. Dobrovius bohemus, urgens et augens mille modis per sesquiseculum conceptam a se et in publicum emissam hac de re hypothesin, esse hoc totum alphabetum glagoliticum pia fraude excogitatum intra annos 1060—1222 a presbytero aliquo Slavo, aegre ferente sat inique ne dicam stolide damnatam a Concilio provinciali Spalatensi A. 1060 liturgiam cyrillianam, una cum ejus auctore Methodio graeco; adornasse eum ideo, lingua quidem eadem sed caractere de industria immutato (ne agnosceretur pro damnato), missam latinitus: huncque suum foetum supposuisse S. Hieronymo ecclesiae doctori, nato Stridone Dalmatae, et mortuo A. Chr. 420.— Et successisse fraudem, non solum apud rei sponte cupidos populares, sed et ipsum ei summum Pontificem Innocentium IV. in tantum indulsisse, ut A. 1248 episcopo Seniensi „petitam licentiam, sacra peragendi lingua slavonica et litera speciali, quam haberent à S. Hieronymo, concederet iis in locis, ubi de consuetudine observarentur praemissae (lingua et litera specialis).” Ac primo quidem concedebat Dobrovius huic piae fraudis invento seculum XI, utpote cujus excogitandi, a concilio A. 1060 damnante Methodium haereticum una cum suis literis gothicis, sat urgens necessitas esset subnata. Sed jam tum (1780—1792) ducentos fere annos superaddebat, quippe pro antiquissimo hujus literaturae monumento accepto psalterio Nicolai presbyteri Arbensis A. 1222, quamvis Nicolaus ipse

expressis verbis testaretur, se illud descripsisse ex antiquiori Theodori ultimi Salonitani Archiepiscopi. Doctissimus Assemanus, cum Cyrillum seculi IX. exeuntis Graecum crederet certo certius auctorem literarum Slavicarum, neglecto hac de causa vero ultimo Salonitano A. 640 Theodoro, nec tamen ausus fraudis arguere Nicolaum, alium indicarat A. 880 — 890 Theodorum Spalatensem, qui, ut mos est, antiquae metropoleos Salonitanae, in cujus eversae dignitatem successerat Spalatensis, titulum retinisset. At longe illo audacior Dobrovius, sine justa, ut nobis quidem videtur, causa, praecepto quod probandum erat, descriptum a Nicolao glagoliticis literis psalterium Theodori ἀρχεγγραφοῦ perhibuit scriptum fuisse cyrillianis! Ita ille in ultimis suis libris omnem et alphabeti et liturgiae glagoliticae inventionem ad sec. XIII — XIV. detrusit, cyrillianis quattuor ad minimum seculis posteriorem.

III.

CAUSA GLAGOLITICA IN INTEGRUM RESTITUITUR.

Nos autem in hac re primo desideramus solitam Dobrovii aequitatem, qui clericum Nicolaum, nil tale merentem, pro impostore habuerit, sine justa causa. Si enim pro sua cuique cupiditate liceat historiam detorquere, quid intactum manebit et integrum? Sed, quod plus est, ipse iudex noster ὑπερκριτικός iniquae plane suspicionis convincitur, nostro praesertim nunc codice accedente ad Assemanianum et Parisinum, quorum nos hic in tab. I. accurata damus specimina. Quae, si cum glagoliticis codicibus conferantur sec. XIV (quos Dobrovius solos nôrat), fieri non potest, quin vel primo intuitu trecentis ad minimum annis antiquiores videantur omnibus qui talia intelligunt. Nam ut nil dicamus, Parisini codicis aetatem Maurinis artis diplomaticae perfectioribus vel e literarum glagoliticarum latino caractere adscriptis denominationibus, sat recte potuisse judicari (quem quidem latinum characterem ipsi sec. IX — X tribuunt, nec alius quisquam infra XII. ausit detrudere): annon codicem Vaticanum, a Caramano, oculato teste, Suidae seculo, nempe XI, deputatum, frustra, ne dicam impudenter, ad sec. XIII. releget is, qui nec ipse viderit, nec aliunde possit arguere? Adde nunc Clozianum hunc denique codicem, quem nostra diligenti cura fideliter editum pro aequali antiquissimi

A. 1057 Ostromiri ceterorumque supparium cyrillianorum codicum lubentes agnoscent ipsi eruditi Russiae philologi. Quid, quod in ipsis cyrillianis sec. XI. codicibus, quale habetur psalterium bulgaricum doctissimi Eugenii metropolitae Kieviensis, elegantissimae initiales literae glagoliticae apparent?

Stat ergo firma sententia: literas Slavorum glagoliticarum, quoad aetatem, esse saltem aequales cyrillianarum. An sint etiam antiquiores (quod quidem, praeter ipsos Illyrios plerosque, ipsi Dobrovii populares Dobner, Durich et Alterus non sine ratione suspicabantur) nunc non est nostrum scrutari: sufficit non videri recentiores, nulloque modo rotundos, latinisque bonae aetatis simillimos nostri codicis characteres cum gothicae formae glagoliticis literis sec. XIV — XV, quales Dobrovius solas vidit, esse confundendos, nec quoad aetatem.

Quod praeterea objicit Dobrovius, esse glagoliticum alphabetum imperfectius cyrilliano; codices longe pauciores, eosque non nisi recentes, et liturgicos tantum; ea omnia nunc, partim plenissimo et antiquissimo Cloziani codicis alphabeto, partim citatis ab ipso Dobrovio aliis quam liturgicis operibus, egregie confutantur. Ita, ut confidamus, ipsum Dobrovium, si viveret, a nobis fuisse staturum. Vix enim pro serio argumento habeas, quod longe plures, quam glagolitici, dentur codices cyrilliani. Quid ad aetatem faciat numerus, quid ad bonitatem? Facile nimirum erat novis cyrillianis literis per Daciae Sarmatiaeque patentissimos campos nullo obstante diffundi (nam juvenum ritu florent modo nata, vigentque), interea dum veteres glagoliticae, praeter hunc fratrem natu minorem et aemulum, etiam cum acerrimis simul et potentissimis latinae ecclesiae propugnatoribus, Germanis et Italis, impar nimis certamen sustinerent. Sed de his plura dicemus infra. Nunc ad codicem Clozianum propius accedamus.

IV.

DESCRIBITUR CODEX CLOZIANUS.

Obvolutus nobis tradebatur codex membranâ hanc prioris illius fortunae notitiam continente: „Isti quinterni, hic intus ligati, scripti fuerunt de manu propria S. Iheronimi, ecclesiae Dei doctoris acutissimi. Et sunt bibliae pars in ligwa (sic) Croatia scripta. Et mihi dono dedit D. Lucas de Reynaldis,

presbyter Veglensis dioeceseos, qui habuit a Magnifico Domino Johanne de Frangepanibus, domino insulae praefatae Veglae, qui librum auro et argento ornatum pro reliquiis venerabatur. Et cum Venetiis mortuus, ac bona sua in praedam data ac distracta fuissent, etiam de hoc libro aurum et argentum amotum fuit, et pars libri praefato D. Lucae in manus venit, de qua michi Marquardo Breisacher militi, et tunc temporis Caesareo oratori, et pacis inter Illustrissimum Dominum Sigismundum Archiducem Austriae ex una, et Illustrissimum Venetiarum Dominium parcium (sic) ex altera confectori, illos inclusos duos quinternos pro speciali et grato munere dedit. Anno a Nativitate Domini M. CCCC."

Vides et hic, candide lector, communem opinionem de S. Hieronymo literaturae glagoliticae auctore; vides linguam Croatinam appellari; vides codicem longe pleniorum Vegliae olim, eumque auro et argento ornatum pro reliquiis fuisse; obtigisse e praeda defuncti Venetiis (A. 1482) comitis Joh. de Frangepanibus presbytero Lucae de Reynaldis partem libri, de qua ille sua parte hos duo quinternos Caesareo oratori Marquardo Breisacher militi pro speciali et grato munere dedit. Cum annus hujus Breisacheri notae errore laboret, verebatur ne spuria esset: sed collata scriptura ad aliud diploma tabularii aulici, ubi idem Breisacher testem se subscribit: „Ita est. Ego Marquardus Breisacher miles ac Imperialis orator, manu propria, 13. Nov. 1487" nil dubitandum de manu ipsius Breisacher; quare, cum rasurae nullum inspicienti omnino appareat vestigium, ipse qui scribebat quintam Cliteram omiserit necesse est, aut alium quemcumque numerum addendum ad M. CCCC. Archiducis enim Sigismundi, Tirolis comitis, pax cum Venetis facta est 1487; Breisacher e vivis excessit 1509. Intra hos ergo 22 annos referenda est haec Breisacheri militis nota.

Post Breisacherum nactus est, cum reliquo tabulario arcis Maria - Stein (in Comitatu Tirolensi prope Kuffstein, sed in laeva Oeni parte) hos nostros quinternos Comes Schurff, qui et ipse in eadem, qua Breisacher, membrana sua manu et lingua germanica adnotavit: „Dises puech hat Sant Jeronimus mit aigner hant geschriben in Crabatischer sprach."

Hodiernus demum arcis et codicis dominus,

Illustriss. Comes Paris Cloz, Tridentinus, tantum S. Hieronymi thesaurum examinaturus curiosius, miserat folii 9. r. primarum octo linearum diligentissimam in charta pellucida imitationem ad ipsos glagolitas dalmatas! Mirabuntur ipsi quidem, si suam lectionem cum hac nostra editione contulerint! sed sane magis etiam nos ipsi sumus mirati, cum praeter glagolitae opinionem Comitis quoque Car. Octavii Castillionaei de codicis contentis legeremus sententiam. Nesciebamus enim, stupendum profecto hujus viri ingenium slavicarum etiam literarum aequae capax, ac sit cuficarum et gothicarum. Videbamusque jam nil opus esse nostra opera, si ille, qui prior explicasset, ipse vellet edere. Sed is, aliis iisque gravissimis et gloriosissimis occupatus, sponte concessit Slavo edendum codicem slavicum. Utinam non indigno!

CONTINUATUR DESCRIPTIO.

Cum presbyter Lucas e praeda Frangepanis (sive Venetiis ea praeda fuerit, sive, quod facilius credas, Vegliae, connivente rectore) nactus sit partem bibliorum (ut ille quidem putabat) Slavicorum e versione divi Hieronymi, quaeritur primo, ubi reliquae partes, ab aliis raptae, nunc lateant. (Nam de industria fuisse pessumdatas nemo credet, qui vel obiter nôrit Italorum solertiam; diripiunt illi prudentes thesauros non ut pessumdent, sed ut aut vendant bene, aut servant utendos).

Quaeritur secundo, ubi ea ipsa pars, de qua duos tantum quinternos Marquardo oratori Caesareo pro speciali et grato munere dedit presbyter Lucas de Reynaldis. Et ipsi hi quinterni, quos edimus, proprie ne quinterni quidem sunt, nec (ut admittas a milite quinternos dici qui proprie sint quaterni) ipsi quaterni sunt integri. Sunt quidem fasciculi bini, sed inaequales: prior nimirum quattuor tantum foliorum (intermediis quattuor deperditis), alter vero integer octo foliorum quaternio; idque, quod gratulere, continuo et prioris mutili quaternionis ambo ultima, et se ipsa ἀμέσως excipientium foliorum.

Prioris autem quaternionis intermedia non nisi quattuor folia deesse, patet e contentis, ut infra videbimus. Quamquam nescias, an miles Marquardus quinternos sensu stricto, an potius latiori dixerit.

Equidem putem latiori; nam proprie neuter fasciculus est quinternus, sed mutilus prior nunc non nisi duernus, alter vero et nunc et ab origine, utpote primâ suâ paginâ excipiens ultimam prioris) verus quaternus, quatuor habens διπλώματα seu octo folia. Potuit tamen fieri, ut etiam de Marquardi parte aut ipse Venetus donator Lucas folia intermedia retraxerit, aut alius fur surripuerit.

VI.

AN NOSTRI QUINTERNI PARS SINT CODICIS
ASSEMANIANI.

Possit quis quaerere: Quid si Assemani codex vetustissimus glagoliticus, nunc in Vaticana bibliotheca servatus, quem ille dicitur A. 1736 Hierosolymis comparasse, pars major fuerit illius codicis Frangepaniani direpti A. 1482, aut saltem, quod ad idem fere redit, pars partis Lucae presbyteri?

Quantum quidem hucusque scimus de Assemani codice, cujus hic Tab. I. specimen exhibemus, negamus societatem. Nam ut nil dicamus de ψ littera, quam Assemanianus habet, Noster plane non habet sed semper reddit per ω ; praeterea Assemanianus non videtur multum excedere numerum 160 foll., in nostro autem major quidem quinternus caret signatura, sed in prioris margine superne existit numerus $\text{M}\bar{\text{K}}$, qui glagolitis valet 62; ut adeo, si pro signatura sumas hanc notam superne existentem, 61 quaterniones hunc praecessisse jure arbitrere, qui vel soli summam 488 foliorum praebent, longe ampliorem codice Assemaniano.

VII.

VESTIGIA ALIORUM CODD. VETT. PERSEQUENDA.

Quaerendus ergo reliquus codex Frangepanianus (cujus hi nostri quinterni sunt parva tantum particula) per ditionem Venetam.

Quaerendum item praefatum psalterium Nicolai Arbensis descriptum A. 1222 ex antiquissimo codice Theodori Salonitani Archiepiscopi. Commodaverat Nicolai codicem Bosnensis episcopus Romae novam breviarii glagolitici recensionem curanti F. Raphaeli Levakovichio Ord. S. Francisci Croatae A. 1634. Dolendum omnino illum codicem, anni notam disertam habentem, ex illo tempore disparuisse. Nam mirifice nos cum in reliquis, tum praecipue in definienda


ad amussim et Assemaniani et hujus Cloziani codicis aetate adjuvaret. Si enim jam nunc, probabilissima quidem conjectura, inter recentiorum codd. glagoliticorum sec. XIV. ductus gothicos, et Assemaniani Nostrique rotundiores, (adeoque ab illis diversos, ut hodierni glagolitae, quibus C. Cloz miserat optimum facsimile, nec legere possent), trecentorum annorum spatium intercessisse jure prohibere posse videamur, longe tamen fortior vis et omni exceptione major accederet huic conjecturae ex contentione codicis certa chronologica nota insigniti.

VIII.

CONTINUATUR DESCRIPTIO CODICIS CLOZIANI.

Singulae membranarum nostrarum paginae quadragenae (40) habent lineas sive versus malis dicere: ductas stylo ferreo in adversa tantum parte membranae; ita tamen ut satis, imo non raro plus quam satis etiam in aversa exprimantur, imo membranam quandoque ex parte secent, adeo ut et ego et mecum, quicumque post me tractabit codicem, cavere debeat ne fissuram styli imprudens augeat.

Et primae quidem, itemque postremae in quavis pagina binae lineae per totam membranae latitudinem ducuntur; intermediae 36 non nisi perpendiculares binas cujusque paginae lineas attingunt. Sic:



Scriptura ipsa non lineis insistit superne, ut hodie solet, sed intra lineas, inque ipso spatio his lineis incluso continetur, superiori lineae propior, quam inferiori.

In mediis marginis ora existunt foramina facta circino ad exaequandam linearum ab invicem distantiam.

In marginibus praeterea, tam inferiori et superiori, quam exteriori medio alia visuntur foramina, peculiaris huic codici, imo et filorum sericeorum re-

liquiae, quae olim memorata in Marquardi militis notâ auri et argenti, imo et gemmarum margaritarumque ornamenta firmabant.

IX.

SCRIPTURA CODICIS.

Scripturae specimen habes, quoad ejus fieri potuit, accuratissimum Tabulis I et II.

Vocum compendia, quas abbreviaturas vocant, multo pauciora et rariora occurrunt, quam in codd. recentioribus. Semperque illa lineâ toti syllabae aut syllabis abbreviatis impositâ signantur.

Est autem horum compendiorum genus duplex. Prius linea tantum simplici superducta indicatum; alterum superpositae lineae subditâ literâ minoris moduli, lectionis quasi adjutrice. Prius genus titla vocatur a grammaticis slavograecis, alterum titlae generali nomini praemittit nomen adjutricis literae. Sic e. g. in scriptione *кѣи*, (quae est integrae vocis *вѣи* compendium), titla haec est proprio nomine *словотитла*, utpote quae literam *с* (slovo) habeat sub se subditam. Eodem modo subditum titlae indicavimus *ч* lin. 702 vocis *мъченикъма* compendiatæ, et alia alibi, in criticis nostris adnotatiunculis.

Sed repetimus adnotationem, vetustissimos codd. in genere, etiamque slavicos in specie, longe pauciores recentioribus habere abbreviationes.

Tertium, si velis, compendii genus, quod monogrammon vocant, quoque vicinarum utrinque literarum ductus *идем* aut fere *идем* (similes) semel tantum scripti pro binis utrinque valent, longe frequentissimum in Glagolitarum libris recentioribus (v. Dobr. Glagolitica, aut Institutt.) in Cloziano codice nostro nonnisi bis terve occurrit; prout vides in Tab. II, Nro. 15 et 18 talibus monogrammis scripta *ма*, et *но*.

Literarum magnitudo et forma una tantum, ut in libris antiquissimis. Non *versales*, quas vocant, praecedunt *minusculas*, ut nunc fit; e. g. in: Dominus, Deus. Codex noster aut *dominus*, *deus* ejusdem plane magnitudinis et formae primis d literis, cujus reliquis, aut in titulis sermonum *DOMINUS*, *DEUS*, eâdem literarum unitate scribit.

Initiales majoris moduli et quas florentes dicas, nonnisi duae occurrunt, initio sermonum tertii et quarti, *в* et *ч*, quas pariter exhibuimus Tab. I. Nro. 1 et 3.

X.

CONTENTA CODICIS CLOZIANI.

Innuimus jam ad finem praecedentis paragraphi, sacrarum orationum partes contineri hoc codice. Et revera nunc sic habet res. Quamquam e Marquardi nota (cf. ex Assemano IV, 424, inventarium Veglense A. 1470) appareat, fuisse habitum codicem pro biblii slavice versis a S. Hieronymo. Et poterat quidem codex, dum integer habebatur in domo comitum Frangepanum, continere aut tota biblia, aut saltem psalterium, aut Evangelia. Sed hi, quos edimus, quinterni Marquardo militi dono dati, partes tantum continent trium sermonum hebdomadis magnae, et unum integrum. Partem nimirum:

I. Sermonis tributi S. Chrysostomo, in festum Palmarum (ed. Savil. CXL: *ἐκ θαυμάτων εἰς θαύματα*) initio et fine mutilam; sed auctam e propria penu Slavi interpretis sat amplo eoque summi momenti additamento.

II. Partem posteriorem gemini S. Chrysostomi sermonis, in proditionem Judae (ed. Savilii LXXIX: *ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον*).

III. Integrum sermonem in magnam Parasceven, a Nostro *ιδем* tributum S. Chrysostomo, sed editum inter S. Athanasii opera; spurium eum quidem, sed *justum*: *Μέγα μὲν οὐρανόσδημιούργημα* (S. Athanasii opp. II., 449).

IV. Priorem partem sermonis et a Nostro et ab aliis tributi S. Epiphanio, in Christi sepulturam: *τί τοῦτο; σήμερον σιγή πολλή*. Et haec quidem omnia foliis membranaceis 12, adeoque paginis 24 continentur; nosque in lectorum commodum et fidei causa totidem, quod habet *ἀρχέγραφον*, foliis paginisque repetendum censuimus.

Quamquam nos quidem minime succensebimus, si quis malit, pro patrum spuris sermonibus bibliorum potius partes aequae antiquas inveniri, utpote religiosius plerumque versas, et intellectu collatueque faciliores. Ubi tamen non datur optio, hoc patienter admittamus solatium, exstitisse et orationum sacrarum si non antiquiorem, at certe aequae veterem necessitatem; liberiolemque earum versionem minus nocuisse genio linguae slavicae. Quid quod (p. 2. v. et 3. utraq̄ue) ut jam supra praemonuimus, Slavus e sua nobis penu adjecit locum utilissimum, utpote testem gravissimum de moribus majorum nostrorum.

Utinamque ille exstaret integer! Sed p. 3. v. abrum-
pitur mutilus, deperditis heu foliis hujus quaterni in-
termediis quattuor, continuationem finemque gratis-
simae interpolationis, et initium genuini S. Chryso-
stomi sermonis complexis.

XI.

FRUCTUS EX EDITIONE HUIUS CODICIS.

Præcipuus igitur fructus ex hoc codice publici
juris facto continget linguae nostrae veteris et sacrae
studiosis; nonnullus tamen et bibliorum collato-
ribus, utpote cum citentur loci biblici complures,
quos juverit cum recepto hodie Slavicae versionis
textu, a Russis reficto, contendere. At linguae ma-
xime, ut diximus, studiosi omnes habent quod trium-
phent de hoc codice tam insperato e tenebris prodeunte.
Ut enim taceamus vocum formas ubique vetustissimas,
sunt etiam quae primo ex hoc codice innotescant,
nec audita nec lectae antea cuiquam. Talis est:

Passim сѣтъ, respondens gr. φησί, lat. inquit,
ait; imo l. 281 сѣти, servato adhuc и tertiae perso-
nae, ἰνδικῶς?

Lin. 15. ВѢСНѢШТЕН (litera н ex к correcta) ψελλίζοντες.

Vix ausim referre ad rad. вѣхвѣ (magus), cum
ante -нж non appareat causa mutati χ in ε, et
omissi в; quamvis et вѣхвѣ et вѣхн primitus fue-
rint mussitatores.

— 80. соулѣе, potius. (Audimus, etiam in Ostromiri
Evangelii Luc. XII. 7. et Jo. IV. 52. inveniri pro
διαφέρετε et κομψότερον).

— 772. трѣтъ, respondens lat. custodia; vincula.
Tum alia, nota quidem ex aliis dialectis, sed inso-
lita literali:

Lin. 55. et saepius писанье, вѣписано, написано forma
Bohemis nunc tantum usitata, pro писанье etc.

Passim: братръ, братрък penes usitatores veteri dia-
lecto братъ, братък.

Lin. 100. кмотра Slovacis tantum Bohemisque et Po-
lonis nota vox, facta ex lat. (compater et) comma-
ter; Germanis: Gevatter et Gevatterin.

— 140. сѣлоуто adj. slovacizans, a сѣло valde.

— 218. дѣтѣль (simplex) pro: facto, facinore.

— 319. вѣиннак διγυεκής f. adj. ab adverbio вѣинж
assidue, continuo.

— 436. наискорѣе citissime. Nactenus наипаче uni-
cum hujus generis superlativi erat exemplum.
Nostrum ergo наискорѣе auget numerum.

Lin. 491. сѣдѣнѣи день dies (extremi) judicii, Carniolis
et Polonis notus, aliis dictus страшный сѣдѣ.

— 495. обѣтѣжса notum Polonis pro: irasci.

— 533. вѣзъ m. vinculum; alias оузъ.

— 599. сѣтѣдѣ антиφάρмаκον, compositum ex сѣтъ ἀπό,
ab, et сѣдѣ (мѣдѣ) venenum.

— 677. цѣсарюетъ Caesar est, regnat.

— 682. котерлетъ. Russi nonnisi которлетъ norunt.
Cf. Dobrovii Institt. 343?

— 726. осило n. laqueus. Male Russi faciunt masc.

— 821. блистанье fulgor alias блистанье, et блещанье.

— 911. вѣтѣкѣи μυθικῶς; adv. hucusque ignotum,
notae radices вѣтѣ μῦθος.

— 915. etc. печатъ etiam m. Russis печать est f. tantum.

Ut nil dicamus de graecis vocibus retentis:

— 134. фропитъ, προφήτης.

— 160. олокавѣтомата, ὀλοκαυτώματα.

— 203. философѣа.

Passim: трапеза.

Lin. 684. титѣль, τίτλος.

— 777: акрогоиѣи камень ἀκρογωνιαῖος λίθος.

— 939. оуѣа, οὐσία.

Quid tandem dices de voce obscurissimae ori-
ginis потѣкѣга (sic enim in Nostro codice est scripta)?
Alii codd. et edd. veteres habent подѣкѣга; item non-
nulli russici etiam подѣкѣга. Ita ut nescias, an sit a
потѣжса, quasi потѣгага russice, i. e. pulsa, vagatrix;
an подѣкѣга quasi perfuga a подѣкѣгѣ; an denique a
подѣкѣга quasi subvariegata, quae nempe for-
tasse per legem quandam Slavis propriam in poenam
male servati conjugii vestis partem inferiorem va-
riam debebat gestare? Quid tandem quarta scriptio
потѣкѣга? quam bis habet Ostromiri cod. A. 1057.

Sed haec nonnisi pauca exempla sunt usus ex
hoc codice publicato redundaturi in commune bo-
num philologiae Slavicae. Plura, imo omnia lectores
ipsi per otium invenient. Nos in adjecto editioni huic
lexico asterisco notavimus vocabula, quae in Poly-
carповii, Alexjejevii et Academiae Russi-
cae lexicis frustra quaesivimus.

XII.

SLAVORUM LINGVAE SACRAE ORIGINES.

Slavis omnino pannoniis, utpote primis om-
nium christiana sacra amplexis, prima deberi rerum
christianarum vocabula, sponte jam dudum agnoverat

ipse Dobrovius (v. Slovanka A. 1814, I. 72); nec nisi cavillans (ut erat ingenio luxuriante animoque victae causae succurrere gestiente) postremo maluit in eremos et latibula nescio cuius veteris, nondumque commixtae dialecti serbo-bulgaro-macedonicae secedere (v. illius Cyrillum et Methodium, 1823, p. 131—133).

Poterat ille quidem jure abnuere propositam a Russo Kalajdovič (in: Joanne Bulgariae exarcho, Mosquae 1824) dialectum moravicam: sed aequè debbat nimis bene fundatam primam suam sententiam de pannonicorum Slavorum primatu aut servare, aut melioribus ipse argumentis evertere. Id quod nec fecit, nec puto potuisset facere. Nam ut taceamus, hodiernam sesquimillionis reliquiarum Pannoniae et Norici Slavorum dialectum, per varios casus, perque tot discrimina rerum, tamen hoc ipso adhuc die propius abesse a lingua sacra, quam aut reliquorum Pseudo-Illyriorum aut ipsorum Bulgarorum pessime a Dobrovio Illyriis accensitorum; atque Illyrii quidem seu Serbi et Croatae S. Cyrilli tempore nondum ab adriatici maris ora in interiorem Moesiam se diffuderant, (nam Belgrad quod hodie caput est Serbiae, eo tempore castrum erat Bulgarorum): ipsi autem Bulgari, Moesiae et Thraciae indigenis ex aequo, ut videtur, permixti, slavicam suam dialectum, primitus, quantum ex certis adhuc signis licet colligere, Serbicam et Croaticam longe propiorem Carantanicae aut Pannonicae, ni jam prius, ex eo saltem tempore adeo immutarunt, ut ipsa omnium slavicarum una repraesentet speciem linguae, qualem Europaei *langue romane* vocant, aut potius *re ipsa*, non verbis similem tali linguae mixtae, utpote quae lexicon suae linguae maxima ex parte retinuerit, grammaticam autem sequatur Albanorum et Valachorum. Ac haec quidem rei peritis nos persuasisse confidimus in alio opusculo. Hic autem pannonietatem (liceat sic appellare pannonicam originem patriamque) linguae Slavorum sacrae quilibet agnoscat, qui consideret, vocabula sacra Slavorum:

црква Kirche, олтарь Altar, хрътъ et хрътити (recentius крѣтъ et крѣтити) Christ et christen, постъ Faste, попъ pharph, пеклъ et пекло a pëch Ale-

mannis sec. IX pro inferno usitato; ρηττα (medium) pro die mercurii cum Germanis, quibus est Mittwoch; ѿтъаръ francica medii aevi pronuntiatione Caesaris; itidemque оуѣтъ acetum, aliaque id genus plane non potuisse proficisci nisi a populo Germanis et Italis vicinissimo, ab iisque primitus christianismum edocto. Atqui hoc non nisi in Slavos Norici et Pannoniae (sive eos malis medii illius aevi vocabulo universim Carantanos appellare) quadrat, dudum Christianos uno pluribusve ante Methodium seculis. Unde enim tuo Bulgaro-Serbo-Macedonitalia, sive materia, sive sono germanicissima?

Potius ille graeca vocabula haberet, qualia plurima immigrarunt in libros sacros Slavorum, posteaquam coepta in Pannonia a Pannoniensis ecclesiae per 30 annos Archiepiscopo S. Methodio sub ipsorum Romanorum Pontificum auspicio liturgia Slavica, ex hac prima sua et patria sede per Hungarorum irruptionem et vastitatem ¹⁾ exul et extorris, ambabus ulnis excepta ab Illyriis et Moesiae Bulgaris, et mox a Russis, etsi peregre, inter propinquos tamen et cognatos laetissime et latissime effloruit.

XIII.

LINGVAE SACRAE VARIETAS.

Solent enim omnes linguae, praesertim quae sint per vastius diffusae spatium, in dialectos abire. Imo et unius ejusdemque dialecti praesertim vivae aut vel semivivae codices, diversis temporibus aut locis descripti variare, et e vernacula inscii librarii vel inviti lingua sensim complura adsciscere. Quid quod etiam de industria jussuque superiorum vocabula subobscura mutantur magis obviis? Id quod e. g. disertis verbis narrat sibi mandatum Joannes clericus Russus, qui Izbornikum A. 1073 descripsit.

Haec omnia si perpendamus, facile judicabimus, deesse adhuc genuinos nobis codices primos, ipsius S. Methodii aetate A. 870—900 in ipsa Pannonia scriptos; nec tamen eos desperandos, quippe cum alii ejusdem aevi graeci latinique plurimi aetatem tulerint. Ipse ego, cum legissem, Gallis A. 1800 callide, ut quidem putabat direptus Salisburgensis bibliothecarius, fuisse traditum, germanici latinive loco co-

¹⁾ Cf. literas episcoporum Bavariae ad Joh. IX., a. 900: „Ita, ut in tota Pannonia, nostra maxima provincia, tantum una non appareat ecclesia; prout ipsi episcopi vobis enarrare possunt, quantos dies transierint (Roma pergentes per Pannoniam in Moraviam), et totam terram viderint desolatam.”

dicem russicum, ratus fuisse illum fortasse codicem methodianum, adlatum e Pannonia a remeante presbytero Salisburgensi pro corpore delicti etc., non quievi, donec expiscarer, Monachii nunc servatum. Sed erat ille revera codex russicus, isque sat recens.

Proximi ab his methodianis sunt codices, quos Methodii discipuli et successores in Bulgaria aut novos conscripsere, aut e primis descripsere; qualem hunc ipsum, quem edimus, Clozianum putamus esse, sive is e cyrillico bulgarico sit glagolitice transcriptus (ut Dobrovius pertendisset), sive eum malis cum coaevis et hodiernis Dobrovii in hac re scilicet una adversariis (Dobnero, Durichio, Altero, Vostokovio nobisque ipsis) primitus literis glagoliticis exaratum. Nam apud Bulgaros utrumque characterem simul viguisse omnia clamant: primo codex Assemani glagoliticus, in quo subscriptio et alia plura literis cyrillicis sunt exarata (vide in ipso nostro ex eo codice specimine inscriptiones cyrillicas pictae initialis V, Jesum Christum et Caecum indicantes). Subscriptio monstrat, codicem scriptum esse in Macedonia.

Clamat codex deinde Evangeliorum vetustissimus Remensis ecclesiae, quem olim Galliae reges inaugurandi prensabant jurantes, le Texte du Sacre dictus, complexusque quattuor evangelia Slavica lingua, caractere utroque, cum cyrillicano tum glagolitico, conscripta. Remense illud cimelium, (heu civili Gallorum 1792 tumultu cum aliis ei furori invisus combustum), Alterus putabat 1204 e praeda captae Constantinopoleos in Galliam reportatum, Dobrovius contra ex dono Helenae Serbiae reginae circa A. 1250; e pura puta conjectura uterque. Eodem fere jure quis dicat, fuisse codicem a S. Methodio ipso adornatum Romamque destinatum ad confundendos „slavicae linguae calumniatores“; delatum postea nescio quo casu Remos. Ponamus enim, allatum seu 1204 seu 1250, ecquis credet, Capitulum Remensis ecclesiae codicem recentem et coae-vum tam solemnem usui destinasse, cum tot aliis antiquioribus et ornatioribus abundaret? Utinam nobis existat Gallus aliquis Peignot, qui in patriis chartulariis exquirat, si pote, historiam nunc combusti, olim certe famigeratissimi cimelii et a compluribus memorati!

Clamat tertio folium Parisino codici insertum, ex quo Maurini alphabetum bulgaricum ediderunt, nosque hic Tab. I. integrum damus. Codex non male

bulgaricum vocat „abecenarium,“ quod, ut vides, est glagoliticum.

Quarto clamat codex psalterii sec. XI bulgaricus, thesaurus doctissimi Eugenii Kieviensis metropolitae, in quo plus uno loco singulae literae initiales glagoliticae praecedunt reliquas cyrillicanas, e. g. ps. 97: vox Вѣнчѣте habet В initialem florentem glagoliticam; cant. Is. 26, 9: ИЗНОШТИ, ibidem glagoliticam И; cant. Ann. 1 Reg. 2, 1: ОУТВѢДИСА glagoliticam initialem ОУ etc.

Clamat demum quinto cod. sec. XI Suprasliensis in provincia Bialystok monasterii uniti, descriptus in doctissimi P. Köppen Библиографическыя листы р. 189 et 533. Habet is codex inter cyrillicanas literas passim pro а Ostromiriani codicis post consonas glagoliticam figuram Nro. 33. Facile credas, nos nil intentatum reliquisse, ut ex illo vetustissimo codice, qui et nostrorum quattuor sermonum tres integros continet, horum apographum nancisceremur; sed frustra fuere omnia. Putes, codicem, sive furto, sive alia fraude subductum:

Ut adeo, (non, ut vult Dobrovius, jam ab initio pro solis Glagolitis et ab iis ipsis per piam fraudem excogitatum sit, sed) post trecentos demum annos casu potius, rerumque vicibus postremo remanserit quasi proprium et hereditarium ritui latino alphabetum glagoliticum, olim bulgaricum dictum, et communi passim jure cum cyrillicano cis Danubium dominatum.

Quid si quis dicat, glagoliticum alphabetum etiamsi non ab ipso S. Hieronymo, at ab alio quocumque demum, fuisse inventum jam ante S. Cyrillum, sed nondum adhibitum ad sacra, quae Slavi per Macedoniam Graecis Latinisque indigenis permixti nondum sua, sed indigenarum, quam aequae callebant, lingua celebrabant; prout hodieque faciunt Albani, et, quos Zinzaros vocant, Valachi in iisdem plane locis et terris; Cyrillum autem et Methodium fratres, Slavorum linguam Pannonicae suae dioeceseos vernaculam adhibuisse etiam ad sacra, eamque scripsisse commodiore sibi, utpote Graecis, caractere graeco, assumtis e veteriore glagolitico, ignoti, ut in re veteri, auctoris, nonnullis signis sonorum Slavis priorum? Aut quid si ipse postea Methodius, ad vitandam graecizantis alphabeti Cyrilliani inter Latinos invidiam, glagolitici auctor exstiterit? Vides, hanc poste-

riorem hypothesis nostram multum differre a Dobneriana, quam Dobrovius cum aliis (Cyrill. et Method. p. 52) exagitat, argute magis quam vere.

Si porro quis objiciat, fingi haec, nec probari ullo argumento historico, illi nos respondebimus, aequae fictam plane esse Dobrovii de origine alphabeti glagolitici hypothesis, contraque dicentem Illyriorum communi plurium seculorum traditioni, et (quod caput rei est) nunc emergentibus tribus quatuorve codd. glagoliticis longe antiquissimis convictam falsi, saltem quoad sec. XIII—XIV!

Admonuitque nos hoc loco Ill. Comes C. O. Castillionaeus *μυσηριώδους* Aethici, (sive tu Ethicum malis rectius scribere) Historum philosophi, de quo ejusque literis citat Hieronymi locum Hrabanus Maurus, in ipsius S. Hieronymi opp. hodie non exstantem. Quid si Ethicus iste, cui etiam orbis descriptio quarti ad summum seculi tribuitur, et Slavicarum literarum ante Cyrillum auctor exstiterit: cum illoque memoratus ab Hrabanus presbyter Hieronymus ansam dederit alphabeti S. Hieronymo tribuendi? Minime nos doctum in historia fastidium ignoramus quorundam hominum, excolantium culicem, camelum autem glutientium. Illos rogamus, ut nobis origines demonstrant literarum copticarum aut gothicarum; quas cum non possint negare dato tempore exstitisse, earum tamen initii testem idoneum quique vero critico satisfaciatur, nullum possunt adducere. Idem illis accidit quoad primum Slavorum in Pannoniam et Moesiam, Illyricumque adventum. Jure in illos quadrat Hamleti Shakespeariani effatum, multa fieri et in coelo et in terra, quorum nullum in nostris libris vestigium.

Nos vero iterum iterumque rei existentis probabilem originem malimus conjectare, quam sine justa causa, imo sine justa suspitione imposturae accusare clericum Nicolaum Arbensem, diserte scribentem, se psalterium suum A. 1222 descripsisse e vetustiori, exarato sub Theodoro ultimo Salonitano Archiepiscopo; (quod si fuisset, ut sine causa fingit Dobrovius, cyrillianis literis exaratum, nae ipse Nicolaus, qui tot descriptionis suae adjuncta enarrat, et hoc ipsum narrasset).

Quidquid sit, hoc certe confidimus nos probasse, alphabetum glagoliticum, si non antiquius, ad minimum aequale esse cyrilliano; olimque cis Danu-

bium apud Slavos utriusque ritus ex aequo fuisse dominatum; nec nisi seculo demum XIII exeunte latini ritus Glagolitis quasi in proprium cecidisse; quamquam mulctatum ex parte et relictum, (prout e. g. Russis accidit sub Petro I de alphabeto ecclesiastico).

Sed ad codicum Slavicorum genera redeamus. Post Bulgaricos et temporis et loci natura tertii essent Serborum et Croatarum codices sacri. Sed eorum antiquissimi aut periere, aut (quod malimus credere) adhuc latent ubicumque demum in tenebris, sicut noster Clozianus latuit per secula! Quare etiam atque etiam hortamur Slavicæ gloriæ studiosos populares, ut conentur in apicum proferre, qui aetatem tulerint, literarios hujusmodi thesauros, Ill. comitis Paridis Cloz nobile et *славно* imitantes exemplum. Vetustissimus, qui hucusque innotuit, (ed. Mosquæ 1824. Basilii M. *εξάμερον* slavice versum in monte Atho ab Joanne Bulgariae, ut ait, exarcho), Serborum codex cyrillianus, est scriptus A. 1263; ergo annis 41 recentior Nicolai Arbensis psalterio A. 1222! Isque adeo est similis et vix non idem quoad dialectum omnibus recentioribus, adeoque diversus a bulgaricis, et ipsis Russorum codicibus, ut proprium plane genus constituat, proximum recentioribus, quos Dobrovius solos norat, Glagolitarum codicibus. Semper et ille et hi ε habent pro Bulgarorum et Russorum α, et ογ pro ж, tanta constantia, ut non possis non habere pro dialecto propria. Sed exspectandi sunt codices sec. X—XI ad ferendum justum plenumque hac de re iudicium.

Dum igitur e tenebris emergant codices Serborum et Croatarum seculi X—XI, nos recentioribus illorum codicibus hucusque solis notis, non injuria praeponemus Russorum codices, quorum plures medium sec. XI attingunt; quale est Ostromiri Evangelium 1057, aut Svjatoslai Izbornik 1073 etc. Minime tamen diffitebimur, nos Serbicus Croaticisque codicibus, etiamsi recentioribus, vix praeferre russicos, quippe quos notum est, ipsisque codicibus testatum, jam primis illis temporibus, e. g. in Izbornik A. 1073 probasse *прѣмѣноу сътвори ти рѣчи, инако на въдаште тождество разумъ кро* (mutationem facere verborum, modo attendentes identitatem sensuum ejus). Etiamsi demus, Serbos eadem sibi permisisse, haec tamen mutatio apud illos minus frequens et debebat et poterat esse, utpote familiariores linguae sacrae vicinos.

XIII.

RUSSI OLIM NOVISSIMI, NUNC PRIMI.

Quod sapientissimus historicus Herodotus de Thracibus observavit, esse illos post Indos gentem maximam, eamque si uni pareret aut sentiret in unum, invictam ipsam et omnibus longe fortiolem; sed hoc illi arduum esse, neque unquam evenisse¹⁾: hoc idem et de Thracum hodiernis, si minus directis nepotibus, at patruelium nepotibus Slavis valet. Russorum, quamquam novissimorum, ideo maxima vis est, quia uni parent plurimi; reliquis Slavis et inter se et diversissimos dominos divisim discerptisque. Eadem de causa Russi maximum antiquorum codicum numerum habent, utpote ex omnibus Slavorum graeci praesertim ritus provinciis ipsoque Atho monte ad Russos quasi rerum slavicarum arbitros congestorum. Dumque nos ab hoc terrae umbilico remotiores in singulis membranis explicandis desudamus, illi totas horum cimeliorum bibliothecas pervolutant. (Utinam et editas nobiscum communicent!). Neque indigni sunt hac fortuna, ex quo Alexandrum habent Vostokovium, parem plane his studiis nec ulli Occidentalium cedentem scientia veri utriusque suae linguae philologi.

Hic, cum primum edidisset notitiam antiquissimi Evangeliorum codicis pro Novogrodensi consule Ostromiro A. 1057 scripti, (per eamque occasionem certum legitimumque in antiquissimis codicibus, adeoque etiam Nostro, discrimen literarum ж et ѡ (similiumne Polonorum ж et ѣ, an potius Carniolorum ó et é?) primus indicasset, antea a nemine, neque ab ipso nostro summo Dobrovio somnium); tres fecit classes universorum in Russia codicum linguae sacrae: primam, diligenter descriptorum sec. X—XIII ex antiquioribus S. Methodii sec. IX; alteram sec. XIV—XVI leniter et locis nonnisi maxime necessariis immutatorum ad faciliorem intelligentiam; tertiam denique sec. XVII in Polonia et Ruthenia a semidoctis sciolis sus deque habitorum.

Similem fere fortunam et extra Russiam plus minusve habuere codices, nisi quod Slavi Danubiani et Adriatici, aliis et populis et ritibus circumdati per-

mixtique paucioribus codicibus operam impenderunt, quam toto orbe divisi Russi, unice suis intenti.

XIV.

RELIQUI OLIM PRIMI, NUNC NOVISSIMI.

Paragrapho XII nos intelligentibus arbitramur (quod jam aliis, ipsique olim Dobrovio (v. Slavin, p. 436) ex Joannis papae VIII epistolis ita videbatur) etiam e linguae sacrae naturâ satis comprobasse, S. Methodium populi suae Archidioeceseos linguam primum a foro ad aram evexisse: sive eam pannonicorum Slavorum, sive bulgaricorum malis dicere. Nam et Bulgaros in inferiori saltem Pannonia tunc habitasse, (seu potius imperasse Slavis antiquitus ibi sedentibus, neque iis diversis a reliquae Pannoniae Slavis) inter Savum Dravumque fluvios, e Francicis chronicis notum est, diserteque et luculentissime probavit acutissimus Thom. Dolliner (Dolinarium, q. d. Vallensem, rectius scribas Slavum Carniolum) ad dissertationem inauguralem Fr. Oelsler: Historisch-kritischer Versuch über das angebliche Verhältniß der östlichen Grenz-Provinz und Grenz-Grafen zu Bayern unter den Karolingern, Wien 1796. 8. pag. 17 etc. Imo bulgaricos olim Slavos ad Budam Pesthinumque usque habitasse non soli anonymo Belae regis notario credimus, sed ipsi Pesthini vocabulo, quod certo certius non alius cujuscumque demum slavicae, sed plane et unice et in specie bulgaricae est dialecti. (Nam solis Bulgaris hodiedum etiam fornax (Ofen) sonat пѣштъ; Slovacis пѣць, Slavis Pannoniis nunc et Russis пѣчь, Illyriis пѣкь. Notum est certoque certius, ipsum Ofen urbis nomen nonnisi germanicam interpretationem esse τῆς πειштъ. Addamus et hoc, ad comprobendam Slavorum et pannonicorum et bulgaricorum αὐτότητα, solos eos hodiedum servare discrimen vocalium ж et ѡ, jure a Vostokovio pro Methodii linguae quasi tesserâ et symbolo datum; reliquis Illyrici Slavis una cum Russis Bohemisque nil tale habentibus.

Sed hi pannonici Slavi, olim primi linguae Slavorum sacrae auctores, hodie illius expertes sunt in ecclesia; latinam plerique colentes Missam, domi tan-

1) Ὁμηρικὸν δὲ ἔθνος μέγιστόν ἐστι, μετὰ γε Ἰνδοῖς, πάντων ἀνθρώπων. Εἰ δὲ ἐπ' ἐνὸς ἄρχοιτο, ἢ φρονέει κατὰ ταῦτόν, ἀμαχόν τ' ἂν εἴη, καὶ πολλῶν κρατίσις πάντων ἔθνων ὅλλα γὰρ ταῦτο ἄπορον σφί, καὶ ἀμύχανον, μὴ κατεῖργένηται. Herod. V, 3.

tum utuntur vernacula; quae tamen, licet plus mille annis interlapsis, sacrae veteri et ipsi inter peregrinos plus minus mutatae etiam hodieque reliquarum omnium proxima et simillima permansit. Proximi his Bulgari, apud quos sec. X — XIII laetissime efflo-ruerat S. Methodii lingua sacra, Serbis cessere locum, cumque his etiam veris in Dalmatia Croatis (nam qui nunc ita vocantur Zagrabienses, ad pan-nonicos potius Slavos pertinent). Serbi et Croatae continuavere usque ad typographiae inventionem cap-tamque a Turcis Constantinopolin. Ex eo vero tem-pore Russi, qui quamvis omnium novissime conversi, tamen statim ab initio officio quidem suo fecerant satis, in his reliquorum Graecorum et Slavorum graeci ritus angustiis, ipsi ex tuto speculati pedetentim et ecclesiae graecae et slavicae ejus ritus liturgiae curam tutelamque universam, una cum tanti patronatus fruc-tibus amplissimis, nemine obstante, sibi vindicarunt.

XV.

GLAGOLITARUM STATUS HODIERNUS.

Constat S. Methodii in Pannonia tentatam c. a. 870 liturgiam slavonicam, quamquam per calumniam de-latam ad Joh. VIII, ab eoque primo improbatam A. 877 et 879, sed A. 880 ab eodem, per praesentem Romae ipsum Methodium Archiepiscopum melius edocto una cum „literis slavonicis a Constantino quo-dam philosopho repertis jureque laudatis” admissam esse. En ergo primum privilegium ipsius Romani pontificis in favorem linguae Slavorum sacrae, litera-rumque Slovinicarum; idque minime subreptitium, sed a Methodio Archiepiscopo, accusato ab aemulis Germanis episcopis, canonicè coram ipso Papa pro-pugnatum et obtentum et reportatum!

Tamque avide omnes totius Illyrici Slavi hoc pri-villegium ipso adhuc Methodio superstite amplexi erant, ut paucis postea annis, ineunte seculo X, Nonensi Croatarum episcopo Slavo omnes omnium dioecese-*œ*on Slavi undique affluerent ordinandi presbyteri; sicque laesis latinorum episcoporum juribus et emo-lumentis, concilio provinciali Spalatensi causam prae-berent injustae plane repressionis. Poterant nempe jure intra suam provinciam relegare Nonensem reliqui Episcopi, quorum ille provincias quoad Slavica inva-serat; sed debebant simul in sua quisque provincia providere ordinandis a se ipsis presbyteris Slavici.

Sed illi maluere vetare liturgiam slavonicam, quam-vis admissam et probatam ab Joh. papa VIII! Jure igitur suo contempserint Slavi tam injustum decretum, etiamsi A. 1056 fuerit repetitum. Ex hoc tamen tem-pore Dobrovius putabat subnatam esse occasionem excogitandarum literarum glagoliticarum, quae ut-pote diversae a cyrillicis, ut putatur, methodianis, summoque ecclesiae Doctori S. Hieronymo tributae, feliciorem fucum facerent liturgiae Slavicae inimicis. Et ille quidem putat successisse fraudem, adeo ut 1248 Innocentius papa IV. et literas et liturgiam latinam his literis perscriptam, boni aequique consu-leret. Sic quidem Dobrovius. Nos autem satis nos in prioribus demonstrasse confidimus, rem aliter se habere, literasque et liturgias utrasque saltim aequè antiquas esse, nisi glagoliticae etiam antiquiores fuerint.

Sed ad hodiernum Glagolitarum statum acceda-mus, ex amplissimo restrictissimum, ex communi utriusque ecclesiae nunc proprium Catholicorum Lati-norum, ipsorumque olim longe plurium quam sint hodie; ita ut plane agonizare videantur, perituri, ma-gis sua, quam aliorum culpa; nisi forte amicorum eam velis esse, moleste potius sedulorum quam et fidorum et rei peritorum. Caramanum intelligen-mus. Audi rem.

Ex quo Innocentius papa IV, A. 1248 Glagolita-rum literas et ritum slavolatinum publica auctoritate in Istria et Dalmatia confirmarat, tuti jam ab aemu-lorum calumniis Glagolitae sat laete fruebantur spe-ciosissimo hoc et unico per Occidentem privilegio; adornantes ubique pulchros Missalis et Breviarii Roma-ni in linguam Slavonicam ecclesiasticam, (eandem plane cum Slavorum graeci ritus linguâ ecclesiasticâ), con-versorum codices, e quibus et celebrarent missas et horas canonicas psallerent. Tales codices complures in Vaticana bibliotheca repositos recenset Assemanus, alios in Vindobonensem nostra opera illatos Dobro-vius. Juvabit horum vetustissimum A. 1368 a Comite Novak, milite Ludovici Magni, Hungariae regis, scrip-tum, hucusque minus notum producere.

Codicis specimen habes Tab. I, Nro. 6. Ejus missalis lingua non pejor est, quam in ejusdem aevi Serborum aut Russorum codicibus. Sed subscriptio, ad eorundem Serborum et Russorum instar, dialecto scripta est librarii ipsius, vulgari illius aevi proxima. Audi sis:

ДѢТЪ ГНІХЪ Ч. Т. М. З. В. КНЕЗЪ НОВАКЪ СІНЪ КНЕЗА ПЕТРА ВИТЕЗЪ СИЛНОГА И БЕЛИКОГА ГДНА ЛОИША КРАЛА ОУГРСКАГО НЕГА ПОЛАЧЕ ВИТЕЗЪ. ВТО ВРМЕ ШОЛГОВСКИ. А ВДАЛМАЦИИ НИНСКИ НАПИСАХЪ ТЕ КНИГЕ ЗА СВОЮ ДШОУ. И ОНОИ ЦРКВИ ДА СЕ ДАДОУ ВКОН ЛЕГОУ БЕКИВЧНИМЪ ЛЕКА НИЕМЪ. И ПОМИСЛИ ВСАКИ ХЪТѢНИИ ДА СЯ СВѢТЪ НИШТАРЕ НИ ЕРЕГДОГА ВЕЩЕ ЛЮБИ ТА ГА БРЖЕ ЗГОУБИ. НОУ ОЩЕ ПОМИСЛИ ВСАКИ САДА ЧА СЕ НАНДЕ ОНАСЪ ТА ДА. ГДА СЕ ДША СТРАХОМЪ СМЕТЕ А ДИЛА НМЪ СЕ СКРИТИ НЕ ТЕ. ЗА ТО КАДА НМЪ СЕ ДѢЛА СКРИТИ НЕ ТЕ. ТАДА ВСАКИ ПРИДИ ЗДОБРИМИ ДѢЛИ ПРѢДЪ СТРАШНОГА И СИЛНОГА БЕКИВЧНАГО СОУДУ. А САДА ПРОШОУ ВСАКОГА ППА И ДѢВКА КИ КОУДЕТЪ ВА ТЕ КНИГЕ ОФИЦИѢТИ МОЛИ МИЛОСТИВОГА И ДРАГОГА И СЛАТКОГА ГДНА БМЛТВАХЪ СВОИХЪ И МЛИ ГДНА КЪ ЗА НЮ.

(i. e.) Ann. Dni. 1368 ego Comes (кнезъ) Novak fil. Comitis Petri, miles potentis et magni Domini Loisi Regis Hungarici illius palatii miles, eo tempore Solgoviensis, et in Dalmatia Nonensis, scripsi hunc librum pro mea anima, et illi ecclesiae detur, in qua jaceat sempiterna mansione. Et perpendat omnis christianus, quia hic mundus nihil est; nam qui eum magis amat, ille eum citius perdit. Sed adhuc perpendat quisque nunc, quid inveniatur nostri tunc, quando anima terrore confunditur, et opera nostra abscondi nolent! Quare cum opera nostra nolent abscondi, ergo quilibet veniat cum bonis operibus ante tremendum et potentem aeternum judicem. Et nunc rogo quemlibet presbyterum et diaconum, qui in hoc libro officia bit (sacra faciet), precetur misericordem et carum et dulcem dominum in orationibus suis et oret Dominum Deum pro ea (anima scil. Novaki).

Hanc subscriptionem excipit alia, manu, si quidem fieri potest, etiam pulchriore:

ВА ИМЕ ВЖИЕ И СТЕ МРІЕ АМНЪ. ЛѢТЪ ГНІХЪ Ч. ОУ. З. ВА ВРѢМЕ ГДНА ПАТРИАРХА АНТОНА ГДНА И ДХВНОГА ОЦА СТЕ МАРИЕ ОГЛѢНСКЕ ЦРКВЕ КИ ВШЕ ДОМАШИ ГДНИХЪ ПО НАТОУРѢ ДЕЖЕЛИ ФРЮЛСКЕ. КОУПЛЕНЕ ВШЕ ТЕ КНИГИ ОУ КИЗА ПЕТРА, КНЕЗА НОВАКА СІНЪ СКРѢАВЕ. ЗА К ЗЛАТИХЪ ИНО Д. И КОУПИ Е ДОБЪ МОУЖЪ ЖОУПАНЪ ИБНЪ ПРИДѢВКОМЪ ПИРИХЪ СІНЪ ДОБРА МОУЖА ЧРІКА. И ЖОУПАНЪ МАРИНЪ ПРИДѢВКОМЪ МИШОУЛИНЪ. И ВТО ВРМЕ ВШЕ ПИРИХЪ ЖОУПАНЪ ВНОУГЛѢ. И БѢШЕ ОКЛРЧНИХЪ И ДРЖИТЕЛЪ КЛГА ЦРКВЕ СТЕ ЕЛЕНИ И СТОГА ПРА ВНОУГЛѢ. И ПЛАТИСТА Е БЛАГОМЪ СТЕ ЕЛЕНИ И СТОГА ПРА ВНОУГЛѢ. А САДА ГОСПОДА РЕДОВНИЦИ И ДѢЦИ КИ КОУДЕТЕ ВА ТЕ КНИГИ ЧЛИ ПРОСИТЕ

МЛСТИВОГА ГДНА КЪ И НЕГА МАТЕРЪ ГОСПОЮ СТОУ ДШОУ МРІЮ ЗА ДОУШЕ ВСЕ ПРАВОВѢРНЕ ХЪТѢНСКЕ А НАБЛАСТНО ЗА ДШЕ ВСѢХЪ ОНИХЪ КИ СОУ ПОУСТИЛИ КО БЛГО МАЛО АЛИ БЕЛИКО ЦРКВѢ СТЕ ЕЛЕНИ И СТОГА ПРА ВНОУГЛѢ. И ТАКОЕ ВСПОМЕНИТЕ ВСВОИХЪ МЛТВАХЪ ДШОУ ЖОУПАНА ИБНА ПРИДѢВКОМЪ ПИРИХА. И ДШОУ ЖОУПАНА МАРИНА ПРИДѢВКОМЪ МИШОУЛИНА КА ТЕ КНИГИ ПРИПРАВИСТА ВНОУГЛОУ ВЦРКВѢ СТЕ ЕЛЕНИ И СТОГА ПЕТРА КАКО Е ЗГОРЕ РЕЧЕНО.

(i. e.) In nomine Dei et S. Mariae, Amen. A. D. 1405 tempore domini patriarchae Antonii, domini et spiritualis patris S. Mariae Aquilejensis ecclesiae, qui fuit domesticus dominus secundum naturam Terrae Forojuliensis, emtus fuit hic liber a Comite Petro, Comitis Novak filio e Corbavia, pro 40 aureis et quinquе. Et emit illum bonus-homo жупанус Joannes, cognomine Pirix, filius boni-hominis чрїко, et жупанус Marinus cognomine Мишulin. Et eo tempore erat Pirix жупанус in Nugla, et erat Custos et Servator pecuniae ecclesiae S. Helenae et S. Petri in Nugla. Et solverunt eum (librum) pecunia S. Helenae et S. Petri in Nugla. Et nunc domini Religiosi et diaconi (clerici) qui legetis in hoc libro, orate misericordem dominum Deum et ejus matrem, dominam S. Virginem Mariam pro animabus omnium fidelium christianorum et praecipue pro animabus omnium eorum qui reliquerunt (legaverunt) aliquam pecuniam, parvam aut magnam, ecclesiae S. Helenae et S. Petri in Nugla. Et pariter mementote in vestris orationibus animae жупани Johannis cognonime Pirix, et animae жупани Marini cognomine Мишulini, qui-duo hunc librum compararunt in Nuglam, in ecclesiam S. Helenae et S. Petri, sicut supra est dictum).

Vides, lector benevole, codicem pulcherrimum a knezo Novak Corbaviensi adornatum A. 1368, ab illius filio A. 1405 fuisse venditum, 45 aureis, quaestoribus ecclesiae Nuglensis (in Istria prope Pinguente) dioecesis Aquilejensis; hosque quaestores semicarniolanos et cognomine Pirix et vocibus ино atque дежелла: pirix enim Carniolis solis est ovum paschale (a pyriti se Bohemis adhuc usitato; i. e. rubeo); ино Carniolanis est и (et); дежелла autem iisdem Carniolanis solis est regio, ditio; imo et али Carn. est pro или.

Vides Glagolitas propagari a finibus Carniolae per ipsam Aquilejensem dioecesin perque Dalmatiam et Croatiam.

XVI

MISSALIS GLAGOLITICI EPOCHAE.

Princeps.

Quaesierat A. 1806 in publicum summus noster Dobrovius: „Frage. Welches ist das erste in Slovenischer Sprache gedruckte Buch? oder in welchem Lande und Orte war die erste mit cyrillischen Buchstaben versehene Druckerey?“ (Slavin, p. 388). Adeo ille, Glagolitarum immemor, nil nisi cyrillica somniabat: sed ipse cum vidisset in Caesarea Vindobonensi bibliotheca rarissimam missalis editionem principem A. 1483 (Venetam), lubens huic glagolitico missali primas partes adjudicavit; Cyrillianis nonnisi subsecutis 1491 Cracoviae, et 1493 Venetiis.

Ac primi quidem Glagolitae, qui Venetiis ab A. 1483, et mox in adjacentis Istriae et Dalmatiae oppidis, pro more illorum temporum, nulla facta Superiorum permissus mentione, pulcherrimis typis Venetorum artificum, formaque commodissima imprimebant missalia et breviaria; et ignari penitus Moscovitarum, vix curabant ipsos populares suos graeci ritus Serbos, qui eodem tempore et in eadem urbe Veneta, iisdemque, nisi nos omnia fallunt, utentes artificibus Venetis, typos cyrillianos longe itidem in suo genere praestantissimos procurabant. Exprimebant quisque suos codices, quos putabant optimos, Glagolitae et Serbi Venetiis et per omne late Illyricum, imo in ipsa Dacia Trajana; Rutheni autem post illos Cracoviae et Leopoli et Ostroviae et Vilnae in Polonia, donec tandem typographiae ars nova in ipsam Moscoviam penetraret.

Secunda, recognitoris Levakovichii.

Posteaquam vero, Summorum Pontificum cura restitutum et recognitum missale et breviarium romanum per totum Occidentem fuisset introductum, pro naturali rerum ordine aequum erat etiam Glagolitas, quibus unis in tota Romana ecclesia abhinc mille annis per complurium Pontificum privilegia licet lingua Slavica in sacris uti, slavicos suos libros ad recognitum hoc exemplum Romanum conformare. Commiserat Congregatio de propaganda fide hoc negotium P. Raphaeli Levakovich, Franciscano Croatae. At cum constaret, Glagolitas carere scholis discendae linguae sacrae (distat enim a vernaculâ Croatarum hodiernâ saltem tempore mille fere annorum, nisi etiam loco

concedas, utpote pannonicam veterem, distare; ideoque eam discere debet, qui scire vult, ideoque scholis ad hoc est opus); et P. Raphael sponte fateretur, se non posse praestare rectam certamque veteris linguae rationem, coepit jam tum, scholae slavicae loco, infausta potentioris quidem sed non doctioris Ruthenismi in glagoliticam linguam sacram vis et εἰσροή; post seculum, duce ipso Dalmata Caramano Ruthenorum discipulo, inundatura et vix non suffocatura verum glagolitismum! Additus nempe tum fuit Levakovichio adjutor, aut potius dominus, Episcopus ruthenus (Terlecki), forte Unionis ergo Romae degens; is, ut solet esse hoc hominum genus, confidentior magis quam doctior, Levakovichii missale glagoliticum ad ruthenicos, quos secum habebat et antiquissimos et incorruptos falso putabat, libros refinxit. Sicque Croatae et Rutheni conjunctâ operâ prodire missale et breviarium recognitum Romae 1631 — 1648, typis ab Aestriacis Imperatoribus subministratis, quorum paterni animi intererat curare rem ecclesiasticam suorum per Istriam Glagolitarum; Dominis Venetis, quibus longe plures Glagolitae parebant, talem curam superbe negligentibus.

Audi Slavicae literaturae quasi oecumenicum B. M. patriarcham Dobrovium de hac rutheni episcopi infausta interventione. „Terlecki, inquit ille, sine fundamento praesumebat, codices ruthenicos semper immutatos mansisse; id quod aliter se habere nunc vix opus est probare“; (adeo omnes periti consentiunt, et summus Russorum honestissimus Criticus Vostokov sponte fatetur): sed absolvamus, per superogationem, Dobrovii argumentum, dicentis: „Quanto pere miratus fuisset Terlecki, si quis illi ostendisset, in ipsa bibliorum editione Ostrogiensi A. 1581., adhuc haberi *напастъ* (tentatio) *про искоушениѣ* (periculum, experimentum)! Sed Terlecki temere antiquius *напастъ*, ut exemplum demus luculentissimum, ex ipsa oratione dominica Glagolitarum expulit, ut recentiori suorum librorum *искоушениѣ* ruthenico locum faceret! Sic immerito arrogatae Rutheni auctoritati male obsecutus Levakovich complura mutavit in missali glagolitico (ut lenissime dicamus) praeter necessitatem“ (Dobrovii Glagolitica p. 67).

Secunda repetita, recognitoris Pastricii.

Repetita fuit haec Levakovichii editio A. 1688 et 1706, operam praebente Pastricio presbytero Dal-

mata, sed pariter et illo ipso solitis de incorrupta ruthenicorum codicum ἀσθενεία praejudicii innutrito et imbuto, ceterumque sat ingenue suam non solum linguae sacrae, sed ipsarum literarum obsoletam notitiam confitente. Ipsum audi. „Ergo typis inhaerere oportuit, inquit, ut quod in Levakovichii erat impressione, fideliter recuderetur 1). Quum vero ad officia propria Sanctorum perventum esset, ibi ex penu propria haurienda erat materies. Sed ubinam expiscanda? Nimirum videbatur (sic) intelligere, quod dicebam; at verene in literalem dialectum (sic), hic opus, hic labor erat. Neque erat in tota Dalmatia, qui nosset! Consului, ut potui; per rubricas emendando ad calcem breviarii officia propria, et interim quaerere (?) modum, ut, si fieri posset, regulas grammaticae mihi elicerem, et voces. Longus tamen labor, et incertus. Adjumento non modico fuit characterum ruthenicorum peritia. Animadverti itaque, nostram breviarii linguam concordare penitus ruthenicae in libris sacris; characteres ipsos in sua varietate scribendi a modo Ruthenorum pendere et propterea (sic pro: praeterea) a graeca lingua multa trahi; adeo ut graecam primum, tum ruthenicam et sic Slavonicam in Breviario possem ac deberem habere perspectam. Rutheni duo alumni, in sua lingua docti Sacerdotes, grammaticam slavonicam typis editam 2) exstare retulere. Sed frustra expectarunt ex patria. Itaque coactus sum longum subire laborem in interrogando ab eis (doctis?) quae ad rem meam fieri (sic) videbantur.” Retulimus fidei causa ex Assemani Kalendaris ipsius Pastricii sat soloecum locum. Quid boni expectes ab homine qui nec latine didicit, fideliterque fatetur se nec literas glagoliticis satis nosse; indoctorumque Ruthenorum admiratore etiam indoctiore!

Tertia, reformatoris Caramani.

Tertia demum et ultima librorum liturgicorum pro Glagolitis recognitio, motore et auctore Jadertino Archiepiscopo Vinc. Z m a j e v i c h, demandata fuit 1741 — 1745 Matth. C a r a m a n o Spalatensi tunc sa-

cerdoti (postea Apsorensi episcopo, ac demum ipsius Zmajevich in Jadertino Archiepiscopatu successor, et qui juvenis cum Zmajevichii fratre, Russicae classis navarcho per plures annos Petropoli fuerat moratus ibique literalem linguam slavicam e Russorum editionibus 3) perfecte, ut ille quidem putabat, didicerat. „Is ergo, inquit Assemanus, immensum laborem subiit in emendando fere toto missali, servando proprietatem vocabulorum, et grammaticam literalis locutionis. Testes hujus rei sunt Approbatores quattuor Rutheni”. Dignus omnino erat ruthenis laudatoribus Caramanus, utpote vitiorum etiam ruthenicorum ἐξ ὑμιμαθείας caecus admirator. Explosis enim prioris editionis illyricis idiotismis ille ruthenicos itidem idiotismos substituit! Audi de millibus unum. Signum crucis inchoat Levakovich his verbis: Va ime ótza etc. Caramanus autem: Vo imja otzà. Sed utrumque, et Va et Vo vulgare est, illud illyricae, hoc russicae dialecti, pro genuino V. (вѣ). Audi iterum Dobrovium etiam de Caramano. „Levakovichii missale A. 1631 sacerdotes Dalmatiae multo melius intelligebant, quia illius lingua propius aberat a domestica eorum dialecto. Sed Caramanus, falso credens, veterem linguam non nisi in Ruthenorum libris ecclesiasticis incorruptam servari, tot russismos in suum missale invexit, ut clerus illyricus non potuerit non aegre ferre.” Adde, russismos non singulorum modo vocabulorum, sed et accentuum et pronuntiationis, quibus ille primus libros glagoliticos oneravit et obruit magis quam illustravit; adeo ut quod Rutheno, quamvis incertum, quodam tamen modo placere possit (quia commodum et domesticum), idem Glagolitam ad desperationem adducat, quia et incertum et incommodum et a sua dialecto alienissimum. Ante Caramanum e. g. оїѧ, sine accentu, legebat оїѧ et Serbus et Glagolita; nunc per Caramani оїѧ cogitur legere russice! Ut taceamus de virgulis et punctis et lineolis, quibus ille, ut ruthenicum alphabetum exaequaret, glagoliticum maluit deturpare, quam ex Assemani codice, (quem norat quidem, sed nec ille nec ejus adjutor Sovich intellexerat, ut mox patebit), instaurare

1) Linguae ignarus homo necessario et σφάλματα repetierit fideliter! Qui enim faciat aliter? — 2) Fuit ea Smotriskiana A. 1619, aut Mosquensis 1648. — 3) Adverte sis, ipsam bibliorum Russicorum correctionem A. demum 1751 fuisse absolutam, Caramano dudum reverso in Dalmatiam. Reliquos autem libros semiecclesiasticos, ut sunt Prologi etc. adhuc scaterere ineptissimis mendis.

antiquum plenumque alphabetum glagoliticum. Accentibus vero Glagolitae semper caruere, sicut Gothi. Non quidem negamus, accentus quandoque magno esse usui, sed sobrie eos adhiberi et simplicissimos esse jure bono volunt critici.

Nonne, qui primam epocham cum subsecutis comparaverit, jure miretur non minus quam doleat, Glagolitas sub patrocínio et tutela doctissimae Romae et a literariis thesauris per omne retro aevum in hodiernum usque diem instructissimae, quoad linguam sacram pendisse a semidoctorum Ruthenorum judicione dicam an potius arbitrio! In causa erat defectus doctorum sacrae linguae Glagolitarum, nec reprehendenda erat Congregatio de Propaganda Fide, quod saltem in Ruthenorum vastis ditissimisque provinciis huic rei melius provisum credebatur. Benedictum quidem papam XIV scimus A. 1742 decrevisse Sovichio, Caramani clienti cathedram linguae slavicae literalis in Collegio Urbano, utpote certissimam hujus mali medelam; sed nescio quo infelici Glagolitarum fato etiam haec cathedra citra effectum mansit in decretis.

XVII.

STATISTICA GLAGOLITARUM.

Operae esset pretium scire, quod hodie animarum catholicarum ritus hic Slavolatinus curam gerat; aliis verbis, quae ejus olim latissime per Illyricum dominati adhuc manserint reliquiae, nisi ruinas malis dicere. Neque nos negleximus quaerere. Sed partim in rubricis statisticis Glagolitae non ritu sed linguae tantum privilegio differentes a reliquis Latinis con-

funduntur cum his, ita ut eorum numerus non appareat separatim. Partim amici, quos iterato eosque diversissimos interrogavimus, quacumque demum de causa, nil nobis integri certique retulere. Notum est Segniensem aliasquae Istriae et Dalmatiae dioeceses etiamnum plures habere ecclesias (dixere universim plus centum), quae missam nonnisi glagolitice celebrant. Sed non si male nunc, et olim sic erat.

Narrat e Caramani dissertatione manuscripta Assemanus, A. 1596 Aquilejae patriarcham Franc. Barbarum in concilio provinciali id egisse, ut „qui Illyricam oram colant Episcopi, in qua Breviarium et Missale lingua Illyrica in usu habetur, curent, ut illa diligenter adhibitis doctis et piis viris, qui illam linguam callent, revideantur et emendentur. Optandum tamen esset, ut— sensim Breviarii romani usus cum Missali item Rom. et Rituali Sacramentorum induceretur.” At vero his ejus optatis nec Dalmatas, nec Romanos Pontifices obsecundasse testatur idem Assemanus, Bibliothecae olim Vaticanae praefectus

Adfert porro Assemanus locum P. Mauri Urbini (1601) italice: I Slavi della Liburnia, che sono sottoposti all' arciduca de' Norici (nostros ille vult Austriacos archiduces intelligi), ancor essi celebrano la messa et altri divini officii nella lor lingua nativa, non avendo alcuna cognizione della latina ¹⁾. La messa stessa è conservata nelle quattro diocesi dell' Istria, Capodistria, Città nuova, e Parenzo. L' abate Pastrizi numerava nella diocesi di Parenzo 19 parochie, ed il Sinodo di quella chiesa l' anno 1733, pag. 10. costituisce sette esaminatori ²⁾ periti per la lingua Illirica. Nella diocesi di Pola, li Besiachi litorali del Seno Flanatico, e

1) En tibi mali fontem et causam. Literarum humaniorum studiis suo damno carent sacerdotes glagolitae. Quid enim putas nasciturum, si eodem modo Protestantium theologi, qui itidem suis linguis nativis utuntur in sacris, usque longe slavica cultioribus et omnigena literatura praestantissimis, studia latina graecaque ignorent? Fiat applicatio.

2) Fuit quidem olim Jaderae, ni fallimur, et Almissae (Омишль), fortasse etiam in Poglizza, Seminarium glagoliticum, dicebanturque ibi et linguam literalem doceri clerici. Sed cum nullum exstet vestigium grammaticae ad hoc impressae, malumus abbati Fortis credere, sic judicanti I, 91. Itineris sui per Dalmatiam:

„Il dotto, pio, benefico, ed ospitale Arcidiacono Matteo Sovich è passato da questa a miglior vita, verso la fine dello scaduto Febbrajo (1774?) con vero dolore di tutti i buoni, e gravissima perdita Nazionale. La memoria di quest' uomo degnissimo di più lunghi anni, e di più luminosa fortuna, non dovrà perire, se i Dalmatini vorranno aver a cuore il proprio onore e vantaggio. Il Sovich nacque a Pietroburgo sul principio del secolo, da padre Chersino colà passato al servizio di Pietro il Grande. Restovvi orfano nella più tenera età: ma v' ebbe nobilissima educazione in casa dell' Ammiraglio Zmajevich; dopo la morte del quale fu condotto in Dalmazia dall' allor abate Caraman, ch' era stato spedito in Russia per acquistar notizie inservienti alla correzione de' Breviari e Messali glagolitici. Il giovinetto Sovich fu accettato, per la raccomandazione di Monsignor Zmajevich allora Arcivescovo di Zara, nel seminario della Propaganda, dove si applicò agli studj sacri, e particolarmente a quello degli antichi Codici glagolitici. Fu di grande ajuto a Monsignore Caraman, che morì anch' egli tre anni sono Arcivescovo di Zara, nella correzione del Messale e nella redazione d' una voluminosa Apologia, che restò inedita. Ottenne in premio delle sue fatiche l' arcidiaconato della Cattedrale di Oszero, dove visse contento in filosofica

nominalmente Bersez, Muschienize, Lovrana, Castua, Vapinaz, conservano la stessa officatura. Li vescovi di Segna e di Modrussa, sono stati il più forte sostegno del Clero illirico. Nella cattedrale di Segna si celebrano li divini officii nella suddetta lingua.

L' abate Pastrizi nell' accennato MS. numera nella diocesi di Spalatro dieci fra Capitoli e Collegiate, oltre le 30 parochie della stessa lingua.

Nella diocesi di Nona tutte le parochie sono illiriche, toltene quelle ove li Parochi sono Regolari.

Nella diocesi di Sibenico sussistono due Conventi del terzo ordine di S. Francesco.

Nella diocesi di Zara e nelle tre suffraganee d'Arbe, d'Ossero, e Veglia, tutti sono Illirici, toltene le Cattedrali e le due Collegiate di Pago e di Cherso. Vi sono pure otto Conventi del terzo ordine.

Addamus et Synodi dioecesanæ Spalatensis A. 1688, (editæ Patavii 1690) Caput XXIV, quod sic habet:

„Cum inter 30 parochias foraneas hujus dioecesis octo tantum sint ritus latini, ceteræ Illyricorum; quoniam peculiari et speciosissimo Sanctæ matris Ecclesiæ privilegio, in idiomate illyrico sacra habetur liturgia, maxima habenda est ratio, ejusdem idiomatis probe addiscendi et docendi. Clerici noverint Asbuquidarium (sic) atque a peritis sacerdotibus erudiantur, qui in eam præcipue curam incumbant, ut Illyricum litterale, quo Missale et Breviarium perscripta sunt, perfecte calleant; alioquin sciant, se ad ordines non promovendos; quum apud Illyrios eadem sit ratio illyrici idiomatis litteralis, quæ apud nos latini. — Sex sacerdotes in provincia Politii deputentur, qui alios sacerdotes in perfecta Missalis et Breviarii et in sacrarum functio-

num administratione observent, examinent et corrigant.”

XVIII.

QUAE MALO REMEDIA QUAERENDA.

. Sero medicina paratur,

Quum mala per longas convaluere moras.

Ovid. Remed. Am. 91.

Ac primum quidem malum hoc erat, quod Glagolitæ abecenarium (ut habet codex Parisinus) bulgaricum suum facientes, tantum deminuere sciebant, augere nesciebant. Poterant enim fortasse jure suo carere signis Nro. 8, 10, 25, 30, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, utpote carentes sono quem illa exprimebant apud Bulgaros. Sed debebant vice versa, pro tot neglectis unum saltem addere pro sono ta (ja) quem Illyrii et nunc habent, et semper habuerint oportet; at Bulgari non nisi hoc signo (et sono?) utuntur pro Illyriorum ta et tk.

2) Aliud malum est, quod signorum Nro. 30 et 32 non nisi alterum adoptarint, aut potius illius abbreviationem superne litteræ insidentem (ερѣкѣ dictam); ita ut nescias, крѣл scribentes velintne крѣлль dicere, an крѣлѣ. (Nam revera Slavi ad lacum Bala-ton dicunt крѣо, ѣ in o mutato; reliqui vero Pannonii et Dalmatæ крѣлль).

3) De signo Nro. 12, quod communis opinio pro jod latino habet, jam Levakovichius observavit, in psalterio A. 1222 alium illius usum; nosque putemus potius videri et figura et sono Serborum cyrillicanorum k (nempe d et t per subsequens j emolliti sonum, qualem novimus in роѣкѣ et ѣѣѣ illyricis vocabulis; Serbique non in familiaribus tantum libris, sed et sacris vetustissimis habent, Vukque A. 1824 ipse vidit in antiquissimo Evangeliorum codice membranaceo monasterii нѣкола.

pace, dividendo lietamente coi poveri e cogli ospiti quel poco ch'ei possedeva. Fu richiamato a Roma più volte pella correzione del Breviario; v'andò una sola, e se ne tornò malcontento. Non abbandonò gli studj nella sua solitudine; e ne rende buona testimonianza la quantità di pregevoli schede ch'io vidi più volte standomene presso di lui. Fra queste deve trovarsi una fatica condotta a perfezione, ch'è la Grammatica Slavonica di Melezio Smotriski, messa in latino, col testo a fronte, purgata dalle superfluità, ed arricchita di nuove osservazioni per uso de' giovani Ecclesiastici Illirici. Quest' opera è tanto più meritevole di vedere la luce, quanto che la lingua sacra Slavonica, che si studia ne' Seminari di Zara e d'Almissa, non ha grammatiche ben condotte, e che, morto l'Arcidiacono Sovich, non v'è più (sia detto con buona pace de' vivi) chi possa a buon diritto chiamarsene Professore." Laudatum hoc Sovichii opus MS. nunc esse Labaci, (Augusti munificentia in Bibliothecam publicam illatum e Zoisiana), patet e Dobrovii Institt. p. LIX.

1) Idem de slavicae linguae literalis dignitate somniant et ritus graeci Illyrici; at Russi non item. Sciunt Russi, theologum non posse carere latinis graecisque literis, Slavumque praeter ea etiam linguam ecclesiae suae literalem debere scire, ideoque eam addiscere in scholis. Idem hoc quod Russi, deberent sapere et nostri Glagolitæ Serbique.

4) Sicque Nro. 12 primae suae destinationi restituto, hoc aegrius carebimus frequentissimi apud glagolitas soni *J* signo, nec nisi imperfecte scribemus ꙗко sicut, ꙗгньꙗ agnus, ꙗтъ est, ꙗче adhuc, ꙗйце ovum, ꙗой, ꙗой etc.

5) Quidni ergo aut e cyrilliano alphabeto, quicum jam ш et џ habemus commune, suppleamus тоѡ *J* defectum, aut e latino, quicum itidem *χ* et *ϐ* commune nobis est? Aut quidni demum e latino alphabeto omnes literas simplices recipiamus, e nostro nonnisi iis servatis, quorum sonis nulla latini alphabeti simplex litera respondet? Sic retinendae essent ч, ш, et fortasse aliae quaedam: sed quid interest, utrum краткоу моемоу his literis scribas, an bratu моему, imo et моему?

6) Sed ante omnia hoc sibi firmissime persuadeant Glagolitae, se decere non indignos videri tam specioso Ecclesiae privilegio; ideoque qui plura habeant, ex aequo etiam plura debere praestare; brevi, se pure pute latinis presbyteris in reliqua omni scientia pares, linguae autem privilegiariae scientia jure etiam superiores esse oportere. Ergo gymnasiis et lyceis iisque quam optimis non minus opus est Glagolitis, quam aliis, ad solidam culturam aspirantibus; tantum in Theologiae ultimo stadio addenda erit cathedra linguae Slavicae veteris, ut cum opus erit cantari missam Slavonicam, non solum cum aemulatione Dei cantetur, sed etiam cum aemulatione secundum scientiam (Rom. 10, 2). Sic Russi sapientissime administrant totum hoc linguae ecclesiasticae negotium, nosque cum illis nonnisi hoc moderamine tractandum censemus; minimeque arbitramur, presbyterum glagolitam, qui nonnisi literalem suam linguam norit, esse aequiparandum latino; hic enim, ut latinam linguam addisceret, per octo vel decem annos reliquis quoque omnibus libero homine dignis studiis operam dedit, Veterum virilem sapientiam degustavit, per reliquam vitam, si sapiat, non dimissurus: ille vero quid interea didicit? Nil nisi legere, (i. e. Asbuquidarium p. XVIII.), et (si optime successerit) intelligere linguam mortuam omnique fere liberali literatura carentem; quamque illi non tam gloriosum et utile sit scire, quam turpe, utpote suae ecclesiae linguam, nescire.

XIX.

RATIO EDITIONIS CODICIS CLOZIANI.

Volebamus primo suis typis, id est glagoliticis quibus exarata sunt, edere fragmenta Cloziana; jamque primo impetu sculpseramus ex chalybe dimidiam fere partem ectyporum. Sed avertit nos ab hoc proposito maturior consideratio; primo: hos typos ingenti pecunia parandos vix ulli in posterum usui fore, utpote nimis diversos a S. Congregationis de propaganda fide typis glagoliticis vulgaribus, ipsis quoque, nisi fallimur, propediem cessaturis; tum, sicut hebraica Samaritanorum omnia aequè perfecte scribantur literis sive rarioribus samaritanis, sive vulgarioribus chaldaicis, eadem plane ratione literas cyrillicas vulgatiores plene sufficere obeundis vicibus rariorum glagoliticarum; imo Glagolitam nostrum, si ad Ostromiri codicem A. 1057 exigatur, carere duabus hujus literis, ꙗ nempe et ꙗ, quarum ille priorem (ꙗ) cum bulgaricis codicibus a suae dialecti ꙗ non distinguit (моѡ ꙗемаѡ scribens pro моꙗ ꙗемаꙗ), et posteriore sponte caret, cum centenis aliis codicibus veteribus et recentioribus russicis unâ ꙗ contentus, емоу, его, етерꙗ, мое, хваленꙗ etc. scribens pro ꙗмоу, ꙗго, ꙗтерꙗ, ꙗоꙗ, хваленꙗ.

Sic in locum proprii codicis glagolitici typi parandi commode substitui potuit cyrillicus jam paratus; non tamen is vulgaris russicarum editionum, sed ex mente summi illius literaturae critici Alexandri Vostokovii ad vetustissimum Ostromirianum codicem A. 1057 accommodatus nimirum quoad vim et usum singularum literarum; ita ut e. g. nunquam ꙗ cum оу aut ѡ, nec ꙗ cum ю etc. confunderetur.

Quod quo clarius pateret lectoribus, praemisimus in aenea tabula excusum παραλληλισμόν utriusque alphabeti, prout ea usu veniunt in optimis Codd. et libris impressis a nobis indicatis. Ope hujus tabulae, quicumque voluerit, poterit e nostrae editionis cyrillicanis literis denuo restituere codicem glagoliticum.

Vin', candide lector, me duce et ἐξηγητῇ tabulam hanc perlustrare?

XX.

CONTINUATUR RATIO. TABULAE I. EXPLICATIO.

Jam vides ante omnia (columnâ 10) plenissimum Ostromiri codicem cyrillicanum exhibere literas 44.

Harum tres, in graecis tantum vocibus obvias (Nro. 41, 42, 43), et duas slavicas diphthongos (Nro. 35 et 36) vides deesse in codd. glagoliticis hucusque notis omnibus, earumque supervacuas tantum tres graecas a Caramano crassa Minerva et invito S. Methodii Genio suppletas barbarissime ope apicum similiumque *παρέργων*, simplicibus literis impositurum; slavicas vero ambas et ipsi Caramano, cum hodiernis Russis, quorum ille caecus imitator est, deesse.

Vides secundo, cum gr. *ἰῶτα* (I) nunquam in diphthongum coëat cum sequente vocali, (quae contra diphthongus Latinae et Slavicae linguae familiarissima est), graecum cyrilliani alphabeti auctorem, ut et Graecos primos suos discipulos, quidni et se itidem Graecum ipse admoneret, transverso quasi bacillo junctis I et sequente vocali indicasse *διφθόγγους* syllabas: *ια, ιε, ιο, ια, ικ* (Nro. 35, 36, 34, 38, 40). Animadvertis in hac serie deesse signa syllabarum *ji* et *jo*. *Ας, τῶν ji* quidem loco, *и* tantum scribunt cyrilliani, defectu magis *j* literae quam commode. Cum enim *Тροја* e. g. nomen *Νομ.* scribas *τροια* (aut Nostro glagolita duce *τροѣ*), *Gen.* *τροια*, *Acc.* *τροѣ*, *Dativi* scriptio *τροи* pro *τροји* nonnisi defectu *j* excusari potest, non defendi; praesertim cum *τροи* veteris Cyrilliani, destitutum recenti *Κιο*-viensium *κλήματα* (sic enim, i. e. liquantem vocant suum^u impositum *и* literae signum prosodiacum brevitas; quod Valachi imitati sunt etiam in *ѣ* et *ѵ* et *ѥ* plane *ἀσυνάβως*) etiam *μονοσυλλαβῶς* legi possit: *τροи* i. e. ternus. Imo Slavi adeo sunt amantes semivocalis *j*, ut et in fine vocum habeant *διφθόγγως* junctam praecedenti vocali, prout est in Virgilio *Ecl.* III, 96:

Tityre, pascentis a flumine reice capellas.

(Slavus scriberet *rejce*). Sed cum et Graeci habuerint eandem diphthongum *τῶν ι* sequentis vocalem, nullo, ut vides, signo eam indicant codd. vett. nec cyrilliani, nec glagolitici; aequae enim scribunt *μοи* (meus) ac *μοи* (mei, *οί ἐμοί*), quamvis prius *μοj* sonet *διφθόγγως*, posterius autem *μοi* aut potius *μοji* *δισυλλαβῶς*. Vides ipse, quam bene hic intercederet latinum *J* ad distinguendum saltem *μοji* (*ἐμοί*) a *μοi* (meus) si quidem *μοi* *διφθόγγως* malis scribere more Latinis usitato aut Germanis, pro *μοj* Slavorum et Hungarorum; quae quidem slavica scribendi ratio hoc habet commodi, ut diphthongi accentus minime sit du-

bis in vocali, cum contra germanica scriptio, *moi*, dubium relinquat, velisne *μοί* legi, an *μοί*; ideoque summus Germanorum grammaticus Jacobus Grimm in his accentus locum coactus fuit disertim signare.

XXI.

CONTINUATUR TABULAE I. EXPLICATIO.

Sed ex ordine perlustremus tabulam. Vides eam constare 14 columnis, praemisso initio Numero elementorum, et addito in fine Sono respondente linguarum recentiorum nobis omnibus familiarium. Prima columna est literarum Nostri Cloziani codicis; secunda folii Parisini nostra pecunia ab illatibus amicis procuratae diligentissimae delineationis (quam integram habes in Tab. II.) apographum; tertia est Assemaniani Evangeliorum codicis, e Sovichii Smotriskio latino-slavo MS. nunc publicae bibliothecae Labacensis imitatio (melius tamen ordinatis literis; nam nec Sovich nec Caramanus intellexerant discrimen *ж* et *oy*, aut *ε* et *α*, cujus accuratam et gravissimam notitiam Russo debemus Vostokovio, ab ipso summo Dobrovio, nedum a nobis minorum gentium Slavistis antea neglectam). Atque hae quidem e codicibus vetustissimis repraesentantur literarum glagolitarum figurae.

Sequuntur quarto figurae codicis Kopitarii membranacei in 4^{to}, sec. XIV; et quinto codicis Caesarei chartacei f. min. sec. XV exeuntis.

Sexto typi missalis glagolitici impressi 1483, editionis omnium principis non glagolitici solum, sed et cyrilliani characteris. Nam Cyrillianos nonnisi 1491 Cracoviae, et mox 1493 Venetiis secutos esse Glagolitarum exemplum jam supra adnotavimus.

Septimo habes typum Turesani typographi Veneti, minoris moduli sat elegantem, quo ille usus est c. 1498 — 1561; qua de causa illi adscripsimus A. 1530, aequae fere reducto utrinque spatio.

Octavus claudit agmen Caramanus, mala avi ad ruinam rei glagoliticae natus. Vides illius recentium Russorum difficultium nugarum imitationem suo exemplo centies barbariorem, scilicet Nro. 6 *τῶν ε*, Nro. 11 *τῶν ι* et *η*, Nro. 17 *τῶν ω*, Nro. 26 Serborum *ѣ*? Nro. 30 *τῶν υ* et *τῶν ѣ*, Nro. 33 *τῶν ѣ*, Nro. 42 *τῶν ψ*, Nro. 43 *τῶν φ*, et tandem Nro. 44 bino invento pro *v* Russorum! Nae hi longe excusabilius ineptiunt, nonnisi simplicia variantes signa; dum ille, oblitus aut

potius ἀναλοσθητος methodianae simplicitatis, apicum im-
positione totam rei θεωρίαν contaminat barbarissime!
Et viderat Assemanianum codicem, qui saltem
θεωρίαν observat; etiamsi enim illius figurae Nro. 22,
37, 38, 39, 40 plus satis sint prolixae et spatiosae,
attamen cohaerent ex lege θεωρίας, et quidem Nro. 22
melius quam Cyrillianum οϋ, nec summitatem suam,
accentibus destinatum, conspurcant apicibus, qui vix
non illegibilem reddunt Caramani pravissimam Rus-
sorum imitationem! Potuisset ille, si vel granum sa-
lis grammatici habuisset, vel a veteribus Romanis dis-
cere veram literarum immutandarum rationem; qui
cum antea LECIONES scripsissent pro LEGIONIBUS
e leniter immutato inferne C aliam literam G itidem
simplicem ex omnique parte cohaerentem effinxerunt.
Imo et recentiores Latinistae, cum scirent Quintili-
anum desiderasse signa propria consonantium I et V,
viderentque utriusque literae bina signa effloruisse per
lapsum temporis, sapientissime vices vocalium et
consonantium ita inter haec signa distribuerunt, ut
I et U vocales indicarent, J contra et V consonantes.
Atque haec est vera augendi alphabeti ratio: ipsius
literae figura mutanda, non vero obsidenda val-
landave apicibus.

Nono habes literarum glagoliticarum valorem
numeralem, proprio suoque ordine progredien-
tem; non Graecorum, quibus serviunt cyrillianae.

XXII.

CONTINUATUR TAB. I. EXPLICATIO.

Decima columna habes literas cyrillianas vetu-
stissimi Ostromiriani codicis A. 1057, minoris moduli,
e Vostokovii et Köppenii памятники (Petropoli 1827 f.)

Undecima est e principe Octoechi editione
Veneta 1493.

Duodecima tandem et decima tertia Bos-
nensium Cyrillianorum, (sive eos Croatas cyrillianos
malis dicere), repraesentat characteres. E codicibus

singulares tantum damus, omissis reliquis, quas com-
munes habent cum Serbis et Russis

Decima demum quarta vides Cyrillianorum
numeros literales, plane non sui, sed graeci juris.

XXIII.

CONTINUATUR. DE SINGULIS LITERIS
GLAGOLITICIS.

Sed jam ad singula descendamus.

Ac primas quidem literas 1—7, modo inspicia-
tur in ultima columna soni explicatio, vix arbitremur
egere commentario quoad vim soni. (De figura
dicetur suo loco).

Itaque statim ad Nr. 8 transeamus, cyrilliani s
vicarium (aut vice versa). Vides eum deesse in co-
lumnis recentiorum Glagolitarum, quia rarioris est
usus. Imo Dobrovius (Slavin p. 430) et illi et aliis (10
et 25) abrogat valorem literae, numeri tantum
concedit. Sed vides in Nostro codice (lin. saltem 140)
etiam justam literae vim habere, eandemque plane
cum s cyrilliano; (quamvis lin. 567 et 774 in eadem
fere voce з scribatur pro s).

Idem valet de repudiato a Dobrovio Nro. 10. Imo
vides ipse vix non in omni verbo codicis recurrere,
potestate literae cyrillianae и. Soli Recentiores Nr. 11
tantum agnoscunt, id est glagoliticum vicarium τού
ī cyrilliani, (tam pro и quam pro ī cyrilliano; ipseque
(sit venia verbo) ἀγράφματος Caramanus, oblitus hu-
jus signi Nro. 10, solum quod ei restabat Nro. 11 suis
diversis apicibus quasi muscarum stercore distinxit,
ut uno hoc repraesentaret cyrillianas quattuor: и, ī,
ñ et ѡ!

Qui Nr. 31 examinet, respondentem cyrilliano
veteri ѡ (id est hodierno Russorum monstro, ni ma-
lis Serborum patrono ѡ 1), suspicari possit nos prae-
postere ordinasse Nr. 10 et 11, potiusque Nr. 11 valere
и cyrillanum, Nr. 10 vero ī; Glagolitamque suo Јерѡ
(30) apposuisse suum ī (10), ut ita plene et ad literam

1) Notum est et a Dobrovio passim exprobratum, Serborum codices non nisi ѡ usurpare tam pro ѡ, quam pro ѡ; ita
ut e. g. дань et similia cum videas, nescias, sitne данъ (datus), an дань (tributum). Sed Serbi vicissim possint
quaerere, an аминь revera sit pronunciandum, sicut scribitur, per -нь molle, sono quem nec in graeco habeat!
Si Russi recte restituerunt ѡ et ѡ, putes oblitos esse applicare emendationem ad аминь, et ad combinationem ѡ!
Certe cum ex lege linguae slavicae ante ѡ in з, с et ѡ habeant г, х et к; ante ѡ autem videamus contrarium fieri, е
кназь e. g. restitui кнагънѡ, rectissime et rationis et codicum nomine Dobrovius reprehendit hodiernos Russos,
qui et пророки scribant pro пророкъ, et hanc ipsam literam ѡ pro ѡ. Ego autem putem Ruthenos ѡ recepisse a
Serbis, et cum pro simplici litera haberent, non pro composita ex ѡ et ī, sic adoptasse, non animadverso Ser-
bismo scripturae.

responderet vicario suo ѡ (seu ѡ). Et revera hanc rationem sequitur Sovich Dalmata in explicatione alphabeti codicis Assemaniani, satisque probabilis videri possit haec opinio obiter inspicienti; at penitius rem scrutatus necesse est videat, pro nobis militare omnia: vetustissimum nimirum alphabeti ordinem, et valorem numeralem. Certo enim est certius, figuram a nobis decimo loco positam Glagolitis et nunc valere et semper valuisse denarium (10), itemque undecimo positam valere proximum denarium i. e. 20. Sicque porro duodecimae valorem ipse vides horum fragmentorum l. 311, 230, 232, 291 τῶν 30; itemque proximae .κ. τῶν 40 (lin. 904). Atqui scis, Glagolitas numerare ex ordine sui alphabeti, non vero, ut Cyrilliani faciunt, graeci.

Adde prodire hinc et aliud. Nostrum nempe Glagolitam figuras Nro. 31 nec habuisse pro elemento simplici, sed aperte pro diphthongo; id quod revera hodieque est in ipso Russorum ore, qui suum ѡ, nostri Nr. 31 vicarium, διφθόγγως proferunt ut ѡй; quamquam, ut est leve et inconstans vulgus grammaticorum, in grammatica tradunt pro vocali simplici, quae respondeat polonico y! Et re quidem vera Russicum дѡмъ Polonus scribit dym. Sed audi utriusque pronuntiationem; videbis convenire quidem sensu et κατὰ διάλεκτον, at sono minime. Propius russico дѡмъ est bohemicum vulgare deym; quamquam et hic appareat subtilior adhuc dialecti quoque differentia eadem, quae Bohemum jubet integra plenaque vocali E, kre w dicere, quod Slavo est крѣвь, per ѡ dimidiam quasi tantum vocalem. Quodsi quis nobis objiciat, eundem vetustissimum alphabeti ordinem, quem pro nobis supra diximus militare ad и et ї, itidem videri favere simplici potius, quam διφθόγγως τῶν ѡ sono (cum diphthongi non soleant apparere in alphabetis), ei respondebimus, non valere conclusionem a graeco et latino tantum alphabetis illatam. Certe alphabetum Slavicum non solum simplices sonos, sed praeter plurium consonantium compendia, quae illi cum graeco et latino sunt communia, etiam diphthongos complures exhibet. Nam praeter ψ, љ (pro ps, ks) etiam ѣ possit esse compendium pro ѣѣ, et ѣ pro ѣѣ, sicut est omnium sententia ѣ pro ѣѣ aut ѣѣ. Et ѣ, ѣ, ѣ, ѣ et ѣ nemo facile neget esse diphthongos, eandemque igitur etiam esse τῶν ѡ rationem. Si porro quis dicat, Russis ѡ certo certius

esse vocalem simplicem, non diphthongum; quippe qui добрый non sic sed добръй scriberent, si quidem ѡ (ѡи, ѡи) haberent pro diphthongo ex ѡ et и aut ї. Sed ad haec jam supra respondimus, ubi parum sibi constare vulgus grammaticorum diximus. Certe Russus, qui vulgari sua dialecto доброй et dicit et scribit, hoc satis ostendit, se slavicum non nisi ѡ more suo mutasse in о (prout во, со, ко ex вѡ, сѡ, кѡ), nec curare quo devenerit reliquum τῶν ѡ dimidium. — Gravior esset objectio quaerentis, si diphthongus sit ѡ, qua ratione sit legendum lin. 559: невидѡмѡйми (hodierno more scriberetur невидѡмыми cf. Dobrov. Institt. 502, sed fugiunt haec difficiliora hodierni). Respondendum tamen: eadem qua Homeri (Iliad. II, 20; II, 791: XVI. 177) gr. υῖι (filio), ubi pariter diphthongo υι vides subdi alterius syllabae ι. Restaret quidem insoliti quid scribentibus, insuetis videre scriptum sic: невидѡмѡйми, aut vel' невидѡмѡйми, ѡ mediâ inter duas vocales, cum non nisi post vocalem soliti sint videre. Sed animadvertimus jam prius, totum hoc ѡ (и cum слитнаѡ) esse recens Kioviensium inventum, sat quidem utile, sed ut vides quandoque et incommodum. Ex omni ratione praestaret J.

Venio nunc ad Nr. 12, figuram deficientem in Cyrillianorum alphabeto solito; visam tamen a Vukio etiam in vetustissimo cyrilliano evangeliorum codice membranaceo monasterii николѡа ad Moravum fl. in Serbia, usurpatam in vocibus plane iisdem, ad quas illam Glagolitae quoque adhibent: анѣли, ебанѣлїе. (Imo et Joh. XIX. 24: мѣжимъ жрѣбіе plane serbica aut croatica dialecto, quo loco rectius habet мѣшимъ Mardarii editio 1552 et Vulgata Russorum мѣнемъ (pro мѣнѣмъ). Qui quidem Serbismus, qualem in nostro Glagolita minime invenias, licet dubiam reddat remotiorem codicis antiquitatem, gravis tamen et idoneus est testis usurpatae etiam a Cyrillianis in sacris libris hujus literae, et vi et figura si non ejusdem, saltem simillimae glagol. Nr. 12: arcum enim quem Glagolita, altitudine, vix dimidium sequentis crucisne an unci, praejungit: Ɱ, Cyrillianus subjungit: †. Nec male Serbi, suum † cum Υ suo inverso sive malis praecipitato comparant, cujus est illud emollitio. Quod enim Russis et Carantanis est ночь, Serbis ноѣъ est, sono τῶн ч quasi duplo emollitiore; nam semel jam mollierant illi (Russus et Carantanus) si noctem lat. conferas. Sed in мѣжимъ alteruter tantum Serborum τῶн † sonus

auditur, (cujus quidem scriptionem non tentarunt veteres et genuini Glagolitae; at recentiores quasi aliud agendo, шш scribentes pro ѱ glagolitico, sat indicabant, se praecursores esse Caramani, qui denique corruptelam ab iis coeptam perfecit; idque contra suum ipsius propositum Russis omnia assentandi! Eccur tandem, si quidem statutum erat, Glagolitis indicare quasi locum peccandi, (ιδιωτικῶς nempe legendo h̄ pro ѱ), non intaminatam reliquit ѱ veterem figuram soni ѱ, suumque potius vulgarem et profanum h̄ sonum signavit suo tridente superne punctato, aut si mavis conspurcato: ѱ̄? — Hunc ergo emolliti τ aut κ sonum Nostri quidem codicis fig. 12 nusquam repraesentat; verum alterum, aequae frequentem Serbis, itidemque in Vukii Nicolienſi codice indicatum, emolliti nempe Δ aut ρ, ut auditur in vocibus ανηεαν, εβαν-ηεαιε; (ipsoque Magyarorum nomine, quod Serbi quidem aliter pronunciant quam ipsi Magyari; hi enim sibi sunt маѣари, Serbis contra маѣари, per ѱ aequivalens Anglorum j et Italarum gi, cum h̄ potius valeat dj literas lenissime colliquescentes. Liceat hic obiter notare, doctissimum Klaprhoth, Asiae polyglottae auctorem, si forte ѱ literam in cyrilliano Valachorum alphabeto obviam novisset, non fuisse combinaturum russicas Δж, cum ad eundem plane sonum indicandum simplicis literae pateret usus.

Sed ad Serborum h̄ et h̄ redeamus. Ut ex codice Nicolienſi apparet, Serbis una ⚭ figura valebat emollitarum tam Δ aut ρ, quam τ aut κ literarum sonos sat diversos; donec nostro hoc aevo idem Vukius honoris causa a nobis nominatus modica, quam vides, inflexione, distinxerit h̄ et h̄, illi τ et κ emolliti relicto valore, huic Δ et ρ emolliti, assignato. Et, quod est aptissimi inventi argumentum, adoptarunt id Serbi fere omnes, quamvis partim exosi reliquas Vukii novationes aequae plausibiles.

Ignosce, amice lector, invito extra propositum huc illuc delato, exundante undique materiâ. En nos tandem, quo tendebamus, in Glagolitarum ⚭ (Nro. 12). Recentioribus id Glagolitis est purum putum J recentiorum itidem Latinorum (quoad figuram nempe recentiorum; nam sonum verissimum recentioris J etiam Ciceronem protulisse in МАИА i. e. Maja [etiam glagoliticus Cicero possit, imo fere debeat scribere май-ѣ et ostromirianus май-ѣ], e Quintiliano aliisque certo certius patet), quin

tamen ausint eo libere uti ad hunc sonum scribendum! Sed jam Levakovich A. 1634 e Nicolai psalterio anni 1222 observaverat, hanc figuram non satis respondere τϕ J; „quippe in Kalendario illi codici 1222 adnexo nominibus Georgii, Evangelistae, Vigili et Jovite scriptis non glagoliticâ τϕ J figurâ (Nro. 12, i. e. serb. h̄) sed per ρ et per и". Vides hominem, theologum magis quam grammaticum, non male miscere quadrata rotundis. Nos quidem sensione ausimus certare, aut deesse plane in Nicolai psalterio figuram Nro. 12, aut si adsit eam et ad scriptionem Evangelistae aequae usurpari ac in hoc, quem edimus, Cloziano codice. Quamquam de Georgio, Vigilio, nedum de Jovite credamus Levakovichio, utpote de vocibus minus tritis, ideoque verum J et G habentibus, nondum emollitum subjecto j. Sicque P. Raphael Levakovich nolens volens auget nostram suspensionem falsae τϕ h̄ interpretationis, tanquam quod j valeret, cum proprie valeat colliquescentes dj, i. e. Serborum h̄. Et erat nimis pronum sic peccare Croatas litorales, qui cum Carniolis, (in aliquibus et ulterius progressis, ipsorumque Croatarum p r e d j a in p r e j a emollentibus), Serborum h̄ (dj) plane in purum j emollierunt: Serborum nempe h̄ in ρ̄h̄en̄z etc. illis non nisi ρ̄h̄en̄z sonat. Adde, si quidem haec figura valuisset j, vix potuisse fieri, ut cum sonus J longe omnium frequentissimus sit et familiarissimus Slavis, ea tamen occurreret rarissima. Negat Levakovich eam usurpari a Nicolao clerico in vocibus Γεωργίῳ etc., in qualibus tamen ipse Caramanus eam subinde usurpat (e. g. in titulo Abecedarii sui славенскій ultima й litera redditur glagolitico Nro. 12; itemque in titulo Missalis Римскій), sed plerumque in ipso textu praefert suum Nr. 11, cum recens a se invecta слитна̄ russica. Deberet glagoliticum Nro. 12 signum occurrere, ubicumque Cyrillianus habeat м, н, ю; ай, ей, йй, ой, оӯй etc. Sed frustra quaeras in talibus. Invenies in Nostro et supparibus non nisi loco Serbici h̄. Levakovichios, ipsos male sibi conscios, et ἀγραμμάτους Caramanos licebit negligere. — Addamus et hoc, praeter ш, ѱ, ю, ϕ, etiam hanc h̄ literae figuram utrique alphabeto communem, testari communem utriusque originem, sive antiquiorem, sive supparem SS. Cyrillo et Methodio. Addamus secundo, summum Dobrovium, si vetustissimam Nro. 12 figuram novisset, non fuisse dicturum

quod illi, récentiorem tantum intuenti, in mentem venit dicere (Slavini p. 430) esse illam natam e Nr. 10 et 11 cyrillicis HI junctis. Potius putes esse graecam ГIE syllabam (quae sono serbici h , imo et latini j proxima videatur) sic contractam; nisi fortasse malis praeferre Vukii opinionem, esse serbicum h natum e ч subverso; glagoliticum autem e serbico, praejuncto, quem Serbus subjunxerat, arcu. Addamus denique tertio, nos hanc glagoliticam Cloziani codicis figuram, non obstante justa nostra de illius sono et usu suspicione, non tamen ausos reddere serbica h aut h in transcribendo literis cyrillicanis codice Cloziano glagolitico, sed obsecutos esse consuetudini abecedariorum, quae per J jubent reddi, literam et ipsam pulcherrimam, et Glagolitis etiam pro h adeo peculiarem, ut certus sis, ubicumque Serbus habeat h , Glagolitae sufficere suum J ; idque praeter immensum in reliquis J literae usum Serbo et Glagolitae communem.

XXIV.

CONTINUATUR EXPOSITIO TABULAE I.

Ad Nr. 13 observes velim, 1) тѡв к figuram Glagoliticam antiquissimam de regula habere tria quasi crura; in Nostro tamen codice jam et apparere multatam tertio, prout nunc viget. In codice autem chartaceo A. 1493 redire quasi tertium crus, sed superne; ita ut haec recentior figura repraesentet veterem inversam. (Non tamen satis diligenter imitatus est chalcographus. In codice hoc solo differt recentissima figura a media, quod superne est aliquando productior, directione tamen prioniore, non angulata; nec ejus inferius minusque crus descendit infra lineam).

Nr. 14—21 nil egent commentario. At Nr. 22, oy glagoliticum vides aequae ac cyrillicum oy conflatum ex 17 et 44, id est ex o et y ; sed et simplicem ejus U sonum a Glagolita indicari juncto superne utroque signo; id quod non vides in cyrillicano quidem oy , at in Ѣ et Ѧ . Nos tamen malimus oy substituere, quam Ѧ , quia prior scriptio propius respondere videbatur origini utriusque alphabeti communi. Russorum y simplex quidem est signum, sed aequae mancum ac si Gallus CU scribat pro COU . Hac de causa malimus Ѧ , ipsumque oy , quam solum y , quod proprie latini y , graecique υ vim habet, non u aut ov .

Nr. 23 jam diximus esse sat aperte graecum Φ , sicut est cyrillicum Φ .

Nr. 24 jam Dobrovius comparaverat cum lat. h . Quid autem, si Glagolita id e suo γ (Nr. 4) efformaverit, omisso ejus annulo initiali? Certe sonus glagoliticus χ longe fortior est, quam lat. h , planeque idem qui germanici ch , aut hodierni graeci χ , cyrillicani χ , hispani j aut x .

Nr. 25, rarissimi usus, in Nostro certe codice non nisi in particula exclamationis vocativi: ω . Vides esse figuram Nr. 17, auctam a fronte falcula, quasi circuli complemento.

Nr. 26 vides utrumque signum ex ordine; sicque semper scribit Noster codex, cum plerisque bulgaricis. Assemani tamen codex glagoliticus habet et compendium solitum ϣ simillimum cyrillicano, nisi quod manubrium tridentis pro linea recta habet circulum. Vide e. g. Tab II, speciminis Vaticani lineam antepenultimam vocem ноуѣ . Bulgari hodieque proferunt ut шѣ ; idem faciunt Serbi seu Illyrii, nisi quod in voce ноуѣ plurimisque aliis ex natura suae dialecti h habent pro ϣ . Russi vero et Carnioli pro Bulgarorum ѣлиште dicunt ѣлиште ; haecque pronuntiatio, Russorum puto auctoritate, nunc in abecedariis linguae ecclesiasticae pro vera et legitima traditur: ϣ sonare шч , non шѣ . Ceterum etiam Russi et Carnioli non ubique habent ϣ , ubi Bulgari et lingua sacra habet; quaeque Illyrio pro ноуѣ est ноуѣ , etiam in horum dialectis pro ноуѣ est ноуѣ . Imo Carniolorum pars superior e ѣлиште fecit ѣлиште ; at inferior retinuit ѣлиште . Sed haec obiter dixisse licebit.

De Nr. 27, 28, 29 sufficit ultimae columnae explicatio in ipsa Tab. I.

Sed Nr. 30, 31, 32 ipse vides esse signa plane nova in abecedariis glagoliticis.

Habet quidem MS. Sovichii Smotriskius in praefatione; ipseque adeo Dobrovius e Smotriskio in Tab. sua quarta p. 69 habet ultimo loco et haec signa utcumque sculpta, sed absque explicatione; ipsaque p. 689 illorum meminit cum injusto, quo ille tenebatur, praejudicio fraudulentum inventi! Nos vero gaudemus, ad absolvendum falsi crimine Assemanianum codicem, praeter unum Parisinum, saltim novae sive ѣ , sive ѣ , glagoliticae figurae testem, nunc e Nostro Cloziano codice duos nobis accedere testes et ѣ et ѣ etiam a Glagolitis luculentissime signati. Sed hi praef-

sentissimi tres testes etiam hoc nos docent, hodiernum Glagolitarum 1 (pro Nro. 30) nil esse, nisi demissum intra lineam sive ex parte sive totum (') cyrillicanum; hocque, ut tamen et superne restaret qualecumque τού (') signum, signavere novo quasi invento, spiritu leni (') sive malis apostropho. Ita e. g. supra p. XIV, linea 2, vocum ВИТЕЗѦ СЛѦНОРА prior in line habet 1, altera Ѧ (Ѧ cum jerik). Et nescias, cum jerik (') Cyrillianis ipsis et τού Ѧ et τού ѡ vicibus fungatur, an Glagolitae recentiores distinxerint diligentius. Equidem putem, fungi hoc unum 1 Glagolitis vicibus et τού Ѧ et τού ѡ, more serbici ѡ, itemque (') more itidem serbici ('). Pagina tamen XIV debui sequi abedarii praecepta, quae 1 dant pro Ѧ (non pro ѡ).

XXV.

ABSOLVITUR EXPOSITIO ALPHABETI GLAGOLITICI.

En nos tandem proximos τῶν τέλει alphabeti glagoliticici, sed parti vix non obscurissimae totius operis. Quare eo magis necesse erit, nos ex ordine procedere.

Ac de Nro. quidem 33 jam supra, §. XVIII. sumus conquesti, quod Glagolitae ei literae, quae bulgaricae quidem dialecto, carenti fortasse diphthongo JA, ejusque loco proferenti JE (sicut e. g. eâdem, si Dobrovio credas elegantiam, ѡвинѣ e. g. pro ѡвинѦ dicendi, laborat Bohemorum quidem, at non et patruellium Slovacorum dialectus) recte apteque uno JE fungebatur officio, duplex imposuerint munus, et τού Ѧ et τού ѣ. Caramanus quidem, turcica sua methodo, putabat se satis distinxisse ѣ sonum ab Ѧ, distinguendo ѣ sono impositâ figurae Nro. 33 superne suâ muscâ (ut vides col. 8). Sed jam satis confidimus nos

probasse hujus methodi barbaram ineptiam. Adde, e Nostro codice aliam quoque et altiolem plane oriri indaginem. Nam ex una parte Caramani et in genere Recentiorum figura glagolitica Nro. 33 non solum cyrillicanae ѣ et Ѧ, sed et ѡ (glagolitici Nr. 37) est vicaria! At Noster codex Clozianus diligentius ipso antiquissimo A. 1057 Ostromiri cyrillicano codice distinguit Nro. 33 à 37; (vix Polonus faciat accuratius)!— Ceterum, cum vix possit dubitari veteres quoque Croatas, sicut hodiernos, dixisse моѦ ѡвинѦ (mea porca), non (cum Bohemis hodiernis et fortasse veteribus Bulgaris) моѣ ѡвинѣ, apertum est primo, deesse, pro illis in hoc ipso uberrimo Cloziano codice signum saltem diphthongi Ѧ, (imo et ѡ, siquidem Ostromirianum velis aequare, et cum illo моѡ (meum) scribere pro моѣ et hujus Cloziani et russicorum codicum plurimorum, et librorum nunc omnium). Secundo, Glagolitas recentiores abuti figura 33, quae Ostromirianum ѣ valet, etiam pro fig. 37 quam ignorant, quaeque est Ostromiriana ѡ, et usu et sono vero satis diversa a fig. 33. Atque usum quidem quod attinet, Polonis is facillime traditur dicendo, esse vetus Slavorum ѡ ubique ię polonicum: ѡ się, ѡма imię etc. Sed de sono plus est disputationis, cum et Poloni in mediis tantum vocibus rhinesmum observent, in fine contra negligant; meridionales autem Slavi omnes et singuli, non modo Illyrii, sed et Bulgari et Carantani, quorum propria olim fuit dialectus ecclesiastica, rhinesmum non ignorent tantum sed adeo abhorreant, ut et in alienis, si qua adoptent, emungant: Sontius fl., Italis L'ISONZO, Slavis est ѡча; Ancona ѡкинѣ 1).

1) Nota obiter, in ѡкинѣ, Anconae etiam ѡ mutatum in ѡ; quibus adde ѡинѣ e Nonâ, ѡрѡдинѣ e Scardonâ, ut minus mireris, etiam ipsam Romam Slavo esse Римѣ, per ѡ, et masculini generis. Huic φαινομένῳ accenseas et Ruthenorum (Microrussorum) ѡинѣ pro ѡинѣ, imo et ѡинѣ pro ѡинѣ etc.; quamquam diversas ni fallimur a prioribus, quippe natas ex ѡ μικρῶ in ѡ mutationes. Sed nota et aliud, proprie huc pertinens. Audivit suis exercitissimis auribus doctissimus Matthias ѡжпѣ, Caesari nunc a bibliotheca Lycei Labacensis, antehac humaniorum literarum professor publicus, a Slavis Carinthiae circum Bleyburg pro reliquorum omnium Carantanorum (seu quos Pannonicos Slavos appellamus) pôt (o producta sicut est in gallico: Apôtre) pronunciari cum ipsissimo Polonorum rhinesmo: pat, (id est: p on te, more gallico quoad n nasale). Habes ergo ad hunc usque diem polonicum ѡ in ipsa Carinthia, ipsorum antiquissima, si Kadlubkoni credimus, Polonorum patria. Sed haec per πρόληψιν. Nam de polonico ię hic prior est quaestio. Verum etiam hujus hodieque in eadem Carinthia servati testem idoneum adducit idem M. ѡжпѣ doctissimum parochum Urbanum Jarnik, Slavum natum ad fontes Dravi in valle Julia, testantem, illius vallis incolas adhuc dicere cum rhinesmo vere polonico e. g. sięжем, upięчи pro reliquorum Carantanorum omnium ѣјкемѣ, ѡупрѣчи. Haec si quis certa testimonia conferat cum plus mille vocum Slavicarum ab Hungaris in Pannonia adoptatarum cum rhinesmo (vide Leshkae Elenchum), et vetustissimorum codicum Slavicorum constanti discrimine τού ж ab ѡу, et τού ѡ ab Ѧ aut ѣ, vix, puto, dubitabit, fideliter distinxisse et antiquissimos S. Methodii dioecesanos inter ж et ѡу, itemque inter ѡ et Ѧ et ѣ. Sed alia est quaestio, utrum hoc discrimen gallico rhinesmo responderit, an potius vocalibus ѡ et ѣ productis? Pro rhinesmo patrocinatur Polonorum et Hungarorum exemplum, et rhinesmi in ipsa Carinthia hodieque vigentes reliquiae: at contra stant reliquorum Carantanorum omnium et Bulgarorum et vel Serborum hodiernus usus et rhinesmi horror.

De Nro. 34, vicario cyrilliano vix est quod monemus, nisi esse ambos hos characteres ita similes invicem, ut et eos adnumeremus memoratis superius testibus communis utriusque alphabeti originis. Putamus nempe, aut unum eundemque auctorem esse utriusque, aut quemcumque demum alterutrius auctorem prae oculis habuisse alterutrum.

Nro. 37 respondet λ Ostromiriano; et Nro. 39 ejusdem λ . Sic et Nro. 39 $\tau\tilde{\omega}$ ж, itemque Nro. 40 $\tau\tilde{\omega}$ ж. Vides igitur Nr. 38 et 40 nil esse, nisi 37 et 39 cum j praemissâ diphthongos. De sono autem Nro. 37 et 39 vocalium sive productarum, sive nasali um, vide momenta dubitationis in nota praemissa. Hoc tantum repetimus, in codicibus utriusque typi vetustissimis diligenter servari discrimen harum vocalium omnium, in recentioribus contra (praepremis ж, ж, ж) fere ignorari, aut vel disertim repudiari pro bulgaricis et valachicis.

Sic quae Antiquis ρκκα, κβδδ, ββροуѣ, ѣзѣкѣ, Hodiernis ρουκα, κουδου, ββροую, ѣзѣкѣ et ѣзѣкѣ scribuntur. λ item et λ Russi plane detorserunt ut synonyma et aequipollentia ad aliud ministerium, sonumque unius λ diphthongi.

De Nro. 44 denique hoc unum adjiciemus, videri efformatum e latina y, sat etiamnunc transparente in Cloziani codicis figura, et magis etiam in Parisina. Nota et hoc, Parisinum folium solum hoc γ recepisse in alphabetum, idque hic (pro: yk) vocare; et ipsi lectori reliquisse combinationem $\tau\tilde{\omega}$ 17 et hujus 44 ad formandam pseudodiphthongum similem graecae σ . Idem fecit, sibi constans, et ad Nr. 31, omissa ω diphthongo. Itemque Nro. 26, omissa combinatione $\tau\tilde{\omega}$ шт. Sed minus bene omisit et alia necessaria; ut de Nro. 12 taceamus, aegre feras omissa Nr. 37, 38, 39 ab eo, qui habeat Nr. 40. Sed putamus, quicumque in folio Parisino excepit sive e codice, sive ex ore ludimagistri bulgarici illud „abecenarium”, id obiter et curiose potius quam diligenter et accurate voluisse facere.

XXVI.

IN CARAMANUM EPICRISIS.

De Caramano jam supra questi sumus, eum more minime cyrilliano apicibus ceu muscarum stercore inquinasse simplices literas glagoliticis, ut Russorum difficiles nugae, ex parte quidem superfluas,

omnes tamen ex theoria scripturae Caramanianis longe tolerabiliores, exaequaret. En hic conspectum sapientiae Caramanianae:

Nro. 6 glagolitico imposuit signum prosodiacum longae vocalis, ut russ. ζ repraesentaret, quod non est per se longum. Idem fecit ad Nr. 11, ut russicum $\tilde{\imath}$ aequae anceps nancisceretur. Itemque ad Nr. 17 pro ω , quod nec ipsum, non obstante graeca figura, ubique est longum. Item ad Nr. 30, ut russicum ω extunderet. Tandemque ad Nro. 44 pro ν graeco, (ut ille quidem ait, sed rectius pro ν graeca in diphthongo, ut est in $\pi\tilde{\alpha}\lambda\sigma$; nam pro ν vocali habet aliud signum bis punctatum superne). Ergo quinque abusus est hoc longitudinis prosodiaco signo ad diversissima ministeria!

Ad Nr. 11 plane ipsissimam Russorum λ suae I imposuit, pro $\tilde{\imath}$ nanciscendo. Eidemque suae I duobus punctis impositis voluit gr. γ in hysopo etc. indicare. Eadem duo puncta Nro. 22 imposita ex $\sigma\gamma$ debuerunt facere ν graecum, quod ille $\delta\gamma\rho\alpha\mu\mu\alpha\tau\sigma$ esse putabat in mensis Augusti vocabulo (nam revera Augustus lat. idem gr. ν habet, quod Paulus; tantum Italorum Paolo differt primis syllabis ab illorum Agosto).

Eadem turcica methodo ille e suo Nro. 30, imposito illi accentu acuto, fecit λ ; bis male, si quidem ipsum Nro. 30 sit jam λ Serborum, quaerendumque aut creandum potius fuerit λ .

De musca $\tau\tilde{\omega}$ Nro. 33 insidente jam supra diximus, omnino quidem desiderari in alphabeto glagolitico signum pro λ , sed damnari turcicam Caramani methodum.

Hanc tamen ille continuavit usque ad λ exaequandum, suae τ imposito signo abbreviationis, itaque illa transmutata in λ !

Cumque oblitus sui repraesentandorum Russorum propositi, vero genuinoque ψ , pro Serborum λ esset abusus, etiam hanc litteram tribus muscis exornavit, ut illi genuinum pristinae simplicis redderet sonum! Nonne ille, si quidem ineptiendum erat, minori scandalo suas muscas adhibuisset ad repraesentandum sonum, nec russicum, nec slavicum, sed quem se quidem cavere profitebatur, illyricum vulgarem i. e. λ ?

Nonne, ut uno verbo dicam omnia, (si quidem Russica librorum sacrorum recensio erat invehenda

in Glagolitarum ecclesias) nonne, inquam, satius erat, eam cum ipso plane alphabeto cyrilliano ipsisque Russorum, ut supra diximus, longe tolerabilioribus novationibus invehi, quam glagoliticum alphabetum tot tamque inconsequentibus taediosissimisque circumvallationibus deturpari et reddi illegibile? In has nostras querelas consentiat, quicumque priorem aliquam Missalis editionem, sive principem A. 1483, sive recentiorem Levakovichii, sive intermedias contulerit cum Caramaniana. Pura ibi sunt omnia, et plana, quasi pulchra aliqua lapidaris inscriptio, sive latina sive graeca, literis uncialibus: in Caramaniana contra obruta et conspurcata muscis linearum intervalla.

Nec accipimus excusationem, illum sic fecisse ex altiori jussu. Aequi potius bonique consuluerint Superiores, quae fecerat Caramanus illiusque adjutor Sovich, approbarintque quattuor Rutheni (etiamsi revera non essent, tamen et ipsi sibi et aliis visi) rei periti; judicare enim ipsi Superiores nondum poterant. Sed modo effectum habuisset Benedicti XIV decreta 1742 linguae Slavicae sacrae cathedra, nae jam fortasse ipse Sovich quantumvis propensus Russorum admirator, utpote apud illos natus, et (Fortisio familiari teste) splendide educatus, duce Assemaniano codice tamen resipuisset; aut certe illius primus in illa cathedra successor extitisset Glagolitarum, aut potius genuinae Methodii linguae et scriptionis vindex et ultor!

Quae omnia cum ita essent interea, facile vicit Caramani sat mala causa pejorem etiam Stephani Rosae, qui hodiernam Ragusinam dialectum volebat substituere Slavicae veteri, adeoque erat ignarus veteris, ut nec animadverteret Caramanianam inepte *φουσιζειν*, praeter consilium et necessitatem.

At parum profuit Caramano facilis ex imperito hoste victoria. Cum enim tot difficultatibus obstruxisset glagoliticum suum missale, illius pertaesi lectores indies auxere contenta tolerati apud se libelli (*κατ' ἀντίφρασιν*?) Schiavetto dicti, qui primitus Epistolas et Evangelia linguâ vulgari (in latina similiter ecclesia permissa) continebat; nunc autem, quam prae oculis habeo, novissima ejusdem editio Fluminensis, (u Rici 1824, Fol., 470 pagg.) non solum „Epistolas et Evangelia, sed jam et” Orationes Sanctorum Feriarumque, nec non ceteras Pre-

ces „continet, idque purissima lingua vulgari, literisque latinis modo sat simplici combinatis (quoad quidem ejus fieri potuit per solam literarum latinarum combinationem, non admissa, quod optabat Leibnitijs, novo alphabeti latini ad instar G, J, U novarum literarum augmento). Putem, quae de stric-tissimo praecepto lingua veteri dicenda sint, ea haberi impressa aut descripta aliarum editionum, neglectâ Caramaniana utpote peregrina et aliena, ideoque et difficillimâ et ingratisimâ.

XXVII.

AD TAB. I. PARTEM CYRILLIANAM ADNOTATIUNCULAE.

Prima cyrillianae partis columna repraesentat vetustissimum Ostromiriani Evangelii A. 1057 alphabetum. Secunda item vetustissimum Venetijs impressi Serborum libri Octoechi A. 1493. Vides utriusque columnae characteres satis concordare, excepto:

Nro. 30,	qui in prima est	ѡ,	in secunda	ѡ
Nro. 31	— — —	ѡ,	— —	ѡ
Nro. 32	— — —	ѡ,	— —	ѡ

Sed causam scis ex prioribus; nimirum Serbos, quibus fortasse jam sec. IX perierat penitus discrimen vocalium mutarum ѡ et ѡ, utrumque indicasse unâ ѡ (potuissent et unam ѡ ad idem ministerium servare); itaque etiam pro Nr. 31 nonnisi ѡ remansisse. Mirere potius Russos in his diligentiores non animadvertisse Serborum negligentiam, sed ѡ quidem requisisse, ѡ vero et *дминь* citra crisin recepisse a Serbis.

Vides praeterea, veras maximeque necessarias dialecti methodianae vocales diphthongosque ѡ, ѡ, itemque ж et ѡ recentioribus Serbis aequae ac recentioribus Glagolitis deesse. De Nro. 12 satis diximus in parte glagolitica.

XXVIII.

NOTA DE LITERARUM VALORE NUMERALI.

Summus Dobrovius ex hoc capite, nescio an satis recte, primas tribuit Cyrillianis, quippe qui graecarum tantum literarum ordinem observent, slavico (utpote barbaro?) nihili habito! Sed haec quidem viderint Russi, an velint velificari notae graeculorum *ὑπερφανεία*; nos quidem certe praeferimus Glagolitae rectitudinem, ex sui alphabeti ordine numerantis.

XXVIII.

TABULAE II. EXPOSITIO.

Specimen 1. habes cyrillice transcriptum p. 14, lin. 554 — 560. Fuit hoc primum chalcographi nostri periculum. Satis tamen diligenter expressit unciales inscriptionis literas, e quibus melius pleniusque videtur illucescere singularum character. *Нас* de causa alteram quoque uncialem inscriptionem vixnon integram dedimus in Specimine 2.

Specimen denique 3. ejusdem Cloziani codicis initialem *Ψ* (vocis *ΨΥΧΟ* p. 90 hujus editionis) repraesentat accuratissime.

Specimen 4, a chalcographo attentatum primum omnium, in hoc differt a *διαγράφω* (facsimili) nobis Romae procurato intercedente Oratoris Austriaci Secretario nobili Domino ab Ohms, quod plerique literarum ductus asperiores hic appareant in tabula quam in illo *διαγράφω*, reliquo earum characterе sat fideliter servato. En hic simul specimen transcriptionis cyrillianaе nostrae, quam in hac totius codicis Cloziani glagolitici editione observavimus. Legendum est nimirum totum hoc glagoliticum specimen 4. cyrillice sic:

НѢ Ѣ ѢВЯ Ѡ Ѣ Ю ГЛЯ Ѣ: 1)

(1) ВѢ Ѡ (i. e. compendium pro: ВѢ ОНО ВРѢМА) ПРИХО- (2) ДА ІѢ. (3) ВИДѢ ЧКА (4) СЛѢПА Ѡ РО- (5) ДЕТВА. І ВѢ- (6) ПРОСИША І ОУЧЕНІ- (7) ЦИ ЕГО ГЛШТЕ. ОУ- (8) ЧИТЕЛЮ. КТО СѢ- (9) ГРѢШИ. СѢ ЛИ, ІЛІ (10) РО- ДИТЕЛѢ ЕГО. ДА (11) СЛѢПѢ РОДИСА. Ѡ- (12) ВѢЩА ІѢ. НІ СѢ (13) СѢГРѢШИ НІ РОДИ- (14) ТЕЛѢ ЕГО. НѢ ДА ЧѢ- (15) БАТѢСА ДѢЛА КО- (16) ЖІА НА НЕМѢ. МѢ- (17) НѢ ПОДО- БДЕТѢ ДѢ- (18) ЛАТИ ДѢЛА (19) ПОСѢЛАВѢШААГО (20) МА. ДОНЪДЕЖЕ ДЕ- (21) НѢ ЕСТѢ. ПРИДЕ- (22) ТѢ НОЩѢ. ЕГДА НІ- (23) КТОЖЕ НЕ МОТѢ 2) ДѢ- (24) ЛАТИ. ЕГДА ВѢ—

Plura hic animadvertas velim. Primo pulchram initialem *В*, cum faciebus pictis Salvatoris et Caeci, cumque *ἐπιγραφή* in codice glagolitico cyrilliana: Servatoris nempe vides ipse solitum compendium *Ѣ Ѡ* (*ἰησοῦς χριστός*), Caeci autem parte posteriori minus luculenta: *слѣпѣчѣ*. Secundo, abbreviatarum signum per omnes compendiatas syllabae aut vocis reliquas literas continuatum. Tertio,

quamquam plures jam adsint literae majusculae sive versales, omnes tamen a minusculis sola ductus amplitudine differre, non geminatione (ut postea usu venit, e. g. in majuscula *τοῦ* *α, γ, η, π, ρ, χ*, quales literas albas (blanches) Galli vocant. In specim. 6. voce ultima: *Рави* ipse vides tale *Р*, geminato primo ductu. (Sed et cyrilliani codices similes habent geminationes, non receptas in libros). Quarto, accentuum diversas formas; quarum aliquae videntur *τοῦ* *Jerik* vicibus fungi ut in voce *ἐγδα*; aliae *j* soni, ut linea ultima in eadem voce *ἐγδα* pro *jegda*? Sic et in nomine *ἸѢ* quasi *Jisus*? Et lin. 6: *βανпросиша* *І* quasi *ји*? Sed haec alio loco quaere, e. g. in doctissimi Alex. Vostokovii descriptione codicum Ostromiriani et Suprasliensis. Hic sufficit adnotasse, juniorem fortasse esse Assemanianum codicem qui habet accentus, quam Clozianum qui iis caret, aut saltem pauciores habet. Sed et hae, graeculorum nobis fere inutiles nugae alii tempori et loco sunt reservandae.

Specimine 5. habes celebre folium Parisinum „abecenarii bulgarici”; cum literarum appellatione slavica latinis literis perscripta, quae nos plura docet. Primo iniquiorem fuisse Dobrovium in Maurinos de aetate codicis glagolitici, illo quidem iudice, temere judicantes. Sed jam 1814 sciebat Dobrovius latinum quoque characterem adesse in illo folio. Nonne igitur poterant illi diplomaticae artis perfectores ex ejusdem scriptoris latino appellationum characterе sat legitime judicare? Docet secundo, Bulgaros accentu differre a Russis; quae enim hic literae *глаголи, добро, живете, село, зѣмѣ, покой* signantur accentu in prima syllaba, eae Russis sunt *глаголь, добрò, живѣте, сѣлò, землѣ* (abusive à pro *тѣ*), *поко́й*. Scimus hoc et aliunde. Eo magis reprehendendus est Caramanus, quod peregrinis accentibus voluerit adstringere assuetos suis domesticis et verae linguae methodianae proximis. Tertio, nescias, quid sibi velit peller nomen impositum literae praecedenti antepenultimam, ipsique imperfecte expressae, ut dubites, velitne *ѣ* an *ѣ*? Vide, an tibi satisfaciatur, quod nobis in mentem venit, esse peller pro *najerѣ*, id est glagoliticae literae recentioris (Nro. 30 columnarum 4 — 8) quam supra opinabamur e Serborum *pajerk* ortam, sig-

1) Haec compendiatas lege sic: *недѣла 6. бвангеліе отъ Іоанна, глава 89.* Animadvertite sis veterem capitis numerum 89 eusebianum, qui hodiernum *Joh. 9, 1 — 5* comprehendit cum aliis. — 2) Sic aperto errore pro: *не можетѣ*.

num veterius, vice fungens et apud Glagolitas et apud Serbos recentiores tam τού ѣ, quam τού ѣ. Observa quarto, antepenultimam literam ѣ appellari h i e t i. e. jet, non мѣ ut Russi appellant sibi ipsi contrarii; nam illi nunquam ѣ pronunciant ut м, sed semper ut je (et casu dato ut e); ex literae nomine inferas nec Bulgaros esse abusos hac figura pro т; itaque solos Glagolitas recentiores abuti una τού ѣ figura etiam pro т ob defectum proprii hujus diphthongi signaculi. Quinto tandem vides, jus appellari penultimam literam; quo nomine eam Dobrovius quoque compellat, nondum distinguens оу et ж, ю et ѣ, nec та et а aut et ѣ. Sed proprie Russis jus est appellatio τού ж; nostro quidem iudicio minus recta, quippe hoc signo minime respondente sono ju, sed aut ô carn. aut а pol.; i. e. aut τῶ pôt plurimorum Carantanorum, aut τῶ pōnte eorundem pauciorum¹⁾. Quid autem? Nihilne te movent vocabula latina jus et fert inter reliqua slavica literarum nomina? Et eadem latina etiam Cyrilliani habent. Nonne jure quis dicat, interlucere per haec latina vocabula remotiorem S. Cyrillo aetatem inventi alphabeti slavici, et si minus propriam, certe propiorem S. Hieronymo Ecclesiae latinae Patri?

Specimen 6. sistit scripturam recentiorum (sec. XIII — XIV) codd. quales Dobrovius solos norat, et horum quidem antiquissimam A. 1368. Codicem descripsimus §. XV pro merito. En hic cyrillianam transcriptionem speciminis, quod exquisivimus idem quod habuisti in Assemaniano codice, ut saltem initium, si velis, conferre possis: (о)но вѣме. Мѣмогрѣдї ѣѣ вѣѣ ѣѣ слѣпа ѓ ро- (3) женїѣ его. Ы ѣпросїше и оу- (4) ѣнїѣ его глїоѣе. Рави к-. Vides iterum compendii notam toti voci impositam. Vides in ѣпросїше primae literae superscriptum jerik sive id p a j e r k malis dicere. Vides tandem initialium evangelii locum relictum vacuum, ornata litera explendum ab illuminatore. Cumque ornata litera nonnisi una sit,

putes scriptorem voluisse cani: Оно вѣме (illo tempore), non вѣ оно вѣме (in illo tempore). Syntaxis slavica utrumque probat. Antequam pergas, adverte et vocum formas recentiores вѣме pro вѣма; мѣмогрѣдї pro мѣмоградѣи, слѣпа pro слѣпа, ѓ роженїѣ pro оѣѣ роженїѣ; ѣпросїше pro ѣпросїша, глїоѣе pro глїоѣе.

In specimine tandem 7 habes exemplum recentissimi glagolitici codicis chartacei A. 1493. Exemplum cyrillianis literis transcribo sic: Ва име гдѣма нашіго ІХѣ (2) аменѣ. Почѣте квадриге. ѣ. оу. п. б. коудн бѣ ѣн. Resolutis compendiis: Ва име Господина нашего Ісouxрѣста, аменѣ. Почѣте квадриге. ѣ. оу. п. б. коудн когѣ славенѣ, i. e. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Initium Quadrigae. 2) M. CCCC. XC. III. Sit Deus glorificatus.

Vides hic primam vocem ва (in) vulgarem illyricam, cui δοκσισοφος Caramanus in suo missali ubique substituit pejus etiam во vulgare russicum. Slavus vetus verusque habet вѣ, vocali mutescente, sed adhuc vigente in Carantanis, partimque in Bulgaris. Име pro има et similia, itemque коудн pro кудн nosti e specimine 6.

Hic etiam аменѣ habes, per е, plane latinum pro аминѣ graecoserbero.

Specimen 8., omnium postremum, unumque cyrillianum, dedimus curiositatis causa, e codice Caesareo, Conversationum SS. Patrum, membranaceo elegantissimeque exarato, Scriptore Рѣткѣ peccatore. Narrant S. Sabbam, ἀείμνησον Serborum Archiepiscopum, dum in laicis versaretur regius puer, habuisse nomen Ρατѣко, Рашко, Рѣтѣко aut Рѣцѣко (ita haec tria quatuorve habet Рашѣѣ, satis dubia, II. 340). Quid si potius Рѣтѣко (i. e. grammatice Рѣдѣко, a rad. радѣ lubens, quasi Gaudentius, gr. Χαίρειας fuerit, nosterque codex ipsius Sancti manu sit exaratus? Certe notum est, eum fuisse hujusmodi rerum et lectorem et scriptorem maxime assiduum. Nosque

1) A nobis stat Bibl. Vind. codex philol. gr. 253, scriptus A. M. 7025 (1517), inter varia alphabeta continens (2) ἀλφάβητον ἡτοι σοιχεῖα Βλάχων, Σέρβων, Βουλγάρων καὶ Ρώσων. En illius seriem: а, б, в, г, д, е, ж, з, и, к, л, м, н, о, п, р, с, т, ѣ, ф, х, ѣ, ѡ, ѱ, ѱ, ч, ш, ѱ, ю, ѣ, т, а, ж, ѣ. Hoc tantum nota, 1) Graeculum hunc nonnisi ѣ habere, non ѣ; 2) ѱ pronunciarı velle за, ergo шт, non шч. 3) ю appellare γιούς, i. e. jus. 4) ѣ et illi vocari іѣт; т vero іѣ; а іѣ, ж denique іѣ id est jo, non ju! 5) Maxime notabile hoc est, quod і praepōnit τῶ н, contra graecum ordinem, sicque Sovichio favet in glagolitico ѣ combinando. 6) Suarum 37 literarum nonnisi 18 addit soni explicationem: κ μπι, β β, ж ζѣ, с τζέλο, т т, ѣ ѣ, ѣ γέρο, ѡ ѡт, ѱ τѣи, ч τѣерв, ш сѣ, ѱ сѣ, ю γиούς, ѣ іѣт, т іѣ, а іѣ, ж іѣ, ѣ ѣ. Vides explicationem partim nomina, partim vim tantum elementorum dare. — 2) Est igitur slavice versum opus latinum Fr. Nicolai de Auximo, Ord. S. Francisci, Quadriga sive tractatus de decem praecipis. Exstat ejusdem operis et italica versio.

hac ipsa de causa communicamus cum Eruditis serbis, quibus aditus pateat ad diplomata S. Sabbae Serbici manu subscripta; ut, si quidem ex contentione confirmetur spes autographi codicis, nobis in commune gratulemur talem tantumque thesaurum.

XXIX.

IN HISTORIAM BULGARIAE ET PANNONIAE
RESPECTUS.

Quo primum tempore (qui nunc bulgarici dicuntur) Slavi in Moesiam immigrarint, aequae superstites nobis silent historici omnes, ac de Slavis Pannoniis sive Carentanis.

Nisi forte malis pro utrorumque cis Danubium primordiis habere illa „amplius trecenta millia” Sarmatarum Limigantium, quos dominos a servis ejectos e Dacia „libenter accepit Constantinus M. A. 334, perque Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Moesiam, Pannoniam, Italiamque divisit”!

Sive igitur ab his initiis putes, propria notaque gentis fecunditate et industria laete adolevisse, sive tacitis et lentis sed continuis ex antiquioribus in Dacia sedibus popularium accessionibus auctos, per trium fere seculorum intervallum omne qua late patet Illyricum implevisse, perinde est.

Majoris est momenti, antiquissimos hos Slavos cisdanubianos, vix non per totam Danubii dextram ripam, certe ab Aquileja Dravique et Murae et Trunae fontibus, Oeni que fere ostiis Pontum usque Euxinum habitantes, jam c. 610 — 640 si quidem narratori Constantino Porphyrogenito credimus, e regionibus, sitis ultra Bajivariam (ἐκεῖθεν τῆς Βαγιβαρίας), novis advenis, Chrobatis et Serbis, quasi cuneo per medium adacto, fuisse diremptos. A. item 678 Slavos moesicos Bulgarorum tatarici populi imperium subiisse (at tamen ita, ut domini ipsi slavice discerent, non Slavi bulgarice, quod aperto est indicio, Slavos et vitae genere cultiores fuisse et numero plures; idemque eademque de causa scimus accidisse Germanis victoribus in Italia, Gallia et Hispania). Eo tempore non dubitamus, Bulgarorum evitandorum causa, frequentes Slavos transcendisse Haemum, ita ut c. 687 — 758 Scriptores Byzantini Slaviniam vix non sui juris memorent inter Thessalonicam et Haemum montem; ex illaque ortus fuit Basilius Macedo imperator, Slavus ipse historia et idio-

mate testantibus. Imo eorundem Slavorum, fortasse jam inde ab adventu Croatarum et Serborum, examina alia consedis per Thessaliam, ipsamque adeo Peloponnesum: notusque est c. 746 — 799 census, quem Slavi Peloponnesii quotannis solvebant ecclesiae S. Andreae apostoli Patrensi. Bulgarorum autem, adauctorum „septem generationibus Slavorum”, quas in Moesia offenderant, imperium longe amplissimum potentissimumque ab anno inde 679 effloruisse a Dravi ostiis per Pannoniam inferiorem, Moesias, Dardaniam magnamque Macedoniae partem. Imo A. 976 Samuel Bulgarorum rex, Thraciam quoque, Thessaliam, Graeciam et Peloponnesum imperio suo adjecerat. Ex illoque putem tempore repetenda sunt tot Slavica locorum nomina etiam nunc per totam Graeciam Peloponnesumque superstitia. Rectissime enim observat justissimus Germanus Herderus ex historiae testimonio, esse hoc quasi peculiare slavicae indolis, figere sedem, agrumque facere et colere, itaque minus quidem δημιουργεῖν, at fideliter γεωργεῖν. Quique sedem figat, eum et rebus circumdantibus nomina figere per se patet. Suntque privatae familiarisque vitae justissima exempla Slavi, publicae contra tristissima: (non enim satis est, te non facere injuriam vicino, sed et propulsare oportet illatam sicque deterrere inferendam). Slavi vero rem rusticam, et vel civilem satis quidem recte exercebant, at militarem plane neglexerant; e sua metientes aliorum aequitatem et justitiam, ingenti suo damno! Sed haec hactenus. Quid quod in ipsa Urbe Constantinopoli populi maximam partem videntur Slavi constituisse, cum ipsi Urbis doctissimi grammatici slavica vocabulis utantur at explicandos locos Veterum, ut e. g. Euripidis scholiastes δόναξ reddit per ραγάξιον (id est sl. ροροζα); itemque Tzetzes ὑφαλον πέτραν (scopulum) explicat per ιδιωτῶν σκάλα, quae est sl. καλα, Serbis quidem ignota vox, sed notissima Slavis Carantanis. Sed ad Bulgarorum historias redeamus. Post Samuelem, (cujus mortem praecipitarit Basilii II. crudelitas, qui quindecim milia captivorum Bulgarorum excaecarat, centesimo tantum cuique eorum altero oculo relicto, ut orbos sodales domum reduceret) conversâ fortunâ non solum novae omnes provinciae periire A. 1018 Bulgaris, sed ipsa prima eorum sedes Moesia denuo Graecis subjecta fuit plus sesquiseculo, donec A. 1186 no-

hum exoriretur regnum sui juris bulgaricum in Moesia inferiori (cui ex eo tempore mansit Bulgariae nomen), variis fatis perduraturum usque ad Turcarum adventum. Et hactenus quidem de Slavis moesicis.

Pannonicis etiam Slavis, moesicorum fratribus, et ipsis more patrio assuetis juste potius ex agro sua opera et labore facto cultoque quam ex rapto vivere — (vides hinc quantopere sponte ex sua indole obviam iverint S. Paulo, 2 Thess. 3, 10: ὅτι εἰ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μὴδε ἐσθιέτω, i. e. quoniam si quis non vult operari, nec manducet; licebitque hic obiter monere, applicasse jam S. Bonifacium Germanorum sec. VIII. apostolum cetera sat iniquum Slavis, (epist. XIX. A. 745), alium S. Pauli locum, Rom. 2, 14. ad Slavorum suorum adhuc gentilium cordibus innatam honestatem) —, sat prospere successerat pedetentim sedes suas absque aliorum injuria, imo cum illorum commodo extendere a Savi ostiis ultra omnem undique Pannoniam usque ad mare adriaticum, Dravique et Murae Trunaeque in Norico fontes; partim tributariis partim liberis. (C. 630 novem millia familiarum bulgaricarum exulum in Franciam confugerant, foederaque proditorum ab hospitibus nocturnam caedem nonnisi 700 effugerant, „salvati in Marchia Vinidorum” sui juris teste Fredegario IX, 71). Certeque frequentissima cum indigenis et vicinis Christianis exercentes pacis commercia, pannonici hi Slavi, primi omnium Slavorum Christo nomen dederant; hocque Fortunae beneficio gloriam immortalem sunt adepti, sua primum dialecto reddita Christianae fidei mysteria iisdem plane vocabulis Croatis ¹⁾ primum, postea etiam reliquis omnibus Slavorum populis imperitendi (Dobrowsky Slovanka I, 72).

Neque enim primo favore contenta bona Fortuna etiam A. 870 ²⁾ Methodium graecum ab ipsa Romana

Sede Apostolica constitutum Pannoniae Archiepiscopum impulit, ut ad expungendos, tempore quidem temporisque jure potiores, sed et ferociores violentioresque — (cf. ex epistola episcop. Bavariae ad Job. IX, anni 900: „Et sive velint, sive nolint, regno nostro subacti erunt”. Item: „In servitium adegerunt.” Aut: „Jure proprio tributarios habere debent”. Qui judici sic queritur, qualis in reum fuerit?) — ideoque odiosos, e nova sua Metropoli Pannoniensi rivales Salisburgenses, „Slavinâ linguâ cantaret missam”, exemplo in Occidentali ecclesia novo ³⁾ et inaudito, sed tam avidè statim, obviisque, ut ajunt, ulnis arrepto ab omnibus undiquaque Slavis aliarum quoque dioeceseon, ut A. 880 ipse Johannes papa VIII, iterumque A. 1248 Innocentius IV, mallent permittere novationem speciosissimi unicusque in Occidente privilegii, quam in periculum adducere salutem fidemque gentis in Europa omnium numerosissimae. Quodsi quis divinis his rationibus humanas quoque velit addere, nec illae deerant. Ex Johannis VIII superstitibus Epistolis (utinam et illius priores, Nicolaique et Hadriani II. hac de re haberemus Epistolas!) satis est manifestum, quantum interfuerit Romani Pontificis recuperare dioecesein Illyrici universam; lubensque ille faverit Methodio et Cyrillo, Graecis, philosophia et animo a Photio alienis, slavicae liturgiae obsequio et permissione certam Bulgariae restaurationem promittentibus. Sed nec hostes, Arnulphus Photiusque, interea dormiebant, paganos Hungaros hinc evocantes, illinc immitentes nefario scelere in novam Methodii segetem, sicque Bulgariam asserentes Graecis! Ita jurisdictioni quidem Romani pontificis tunc periit interius Illyricum (post seculum tamen compensandum tota Hungaria, Bohemia, Polonia et Germania septentrionali, nec Scandinavia ipsa excepta); eodemque fato profugi pannonici S. Methodii libri sacri apud Bulgaros,

1) Martinus ille, „vir maxime quidem pius, sed habitu seculari, imbecillus admodum et pedibus mutilatus ita ut a quatuor bajulis, quocumque vellet, deferretur”, qui c. 837 Croatas in fide Romana confirmavit (teste Constantino Porphyrogenito) ad illos venerat „e Francia, quae inter Chrobatiam et Venetiam media est”, i. e. e Carniola seu Histria. Itemque postea Johannis papae VIII et Svatopluci Croatarumque communis internuncius erat quidam de Venetia presbyter Joannes! — 2) Non temere apponimus A. 870, sed rite expensis omnibus rei adjunctis. Vetus Cyrillianorum traditio inventionem alphabeti cyrilliani assignat indictioni III, quae A. 870 aptissime respondet; A. 872 e Pannonia remeat Salisburgum presbyter Richbaldus, „ferre non valens contemptum missae latinae, noviter inventis slaviciis literis adornatâ missâ vernaculâ”; metropolitae Salisburgensis, hanc novationem sibi longe incommodissimam sine mora c. 873 detulerit Romam, cum 878 Johannem papam VIII videamus inhibuisse; nullum in Joh. VIII epistolis liturgiae slavicae apud Bulgaros vestigium etc. Ceterum jam notavimus antea, liturgiae slavicae initium non necessario cohaerere cum alphabeti inventionem. — 3) Subit hic quaerere, habuerintne et Gothi liturgiam sua e linguae? Demus habuisse, sed cum Ariani fuerint, nil inde sequitur quoad ecclesiam Romanam.

Serbos et Croatas Dalmatasque, tandemque ipsos remotissimos Russos paratissimum quidem receptum habuere, imo et profectum ad nostra usque tempora continuatum: primae tamen originis, et patriae sedis gloria manet aeternumque manebit Slavis panonniis.

In Pannonia enim, ipsaque panonicorum Slavorum dialecto, Christianorum minime recentium romanae ecclesiae, illiusque calendario utentium, liturgiam slavica cepisse initia, praeter argumenta firmissima, quae jam §. XII attulimus ¹⁾, accedit testimonium luculentissimum Ostromiriani codicis, omnium hucusque vetustissimi, A. 1057, in cujus synaxario festum S. Silvestri papae assignatur ad d. pridie Kal. Jan., more occidentalis ecclesiae, cum orientalis illud assignet ad d. IV. Non. Jan.

XXX.

DIALECTORUM SLAVICARUM CISDANUBI-
NARUM CONTENTIO.

Etiamsi ponas, Slavorum Danubium transgressorum sive Constantini M. sive posteriori aevo, unam fuisse linguam, tamen ipso temporis et locorum intervallo, mutuoque eorum commercio ex mille causis plus minus interrupto per ipsam rei naturam necesse erat, eam in dialectos abire.

Harum dialectorum nunc tres maxime vigent: bulgarica, illyrica Croatarum et Serborum, et slovenica Slavorum veteris Carantani (per hodiernam Carinthiam, Goritiam, Litorale, Carniolam, Styriam, Styriaeque adjacentes Hungariae et Croatiae partes).

Carantani omnes, Croatarum et Serborum major pars jam ducentis circiter ante SS. Cyrilli et Methodii adventum annis Christo nomen dederant, ope latinorum ex Italia potiusque Francia monachorum missionariorum.

De Bulgaris certant Critici, utrum A. 801 an 863 — 865 acceperint baptismum; quamquam nostro quidem iudicio hoc proprie de dominis Bulgaris est intelligendum, nilque impediatur, quo minus subjecti illis Slavi et in Pannonia Savia et in Moesia jam antea, plus minus Christiani fuerint, vel tacente historia ²⁾.

Utcunque fuerit, sive a subjectis sibi Slavis Bulgari didicerint rerum christianarum vocabula, sive ea SS. Cyrillus et Methodius importarint e Pannonia, hoc certo est certius, esse necessario haec vocabula primitus profecta a Germanis, quippe ipsa germanicissima, deberique Slavis Carantanis utpote unis cis Danubium historia teste Germanorum catechumenis.

Quod autem plerique hujus rei studiosi, ipseque summus Dobrovius ultima sua sententia maluerit Bulgaris quam Carantanis Methodii dioecesanis propriam quasi mancipare linguam sacram, id equidem non tam dolo eorum malo puto fieri quam incuria. Sciebant nempe Slavos bulgaricos Thessalonicam usque effusos; quid pronius, quam S. Cyrillum Thessalonicensem a puero scivisse, praeter suam graecam, etiam hanc (ut Dobrovii verbis utar, satis testantibus illius ἀμυχανίαν et haesitationis angustiam) „nondum commixtam serbo-bulgaro-macedonicam linguam”. At jure suo negat et pernegat diu inter Serbos moratus P. J. Шафарик propior et diligentior harum dialectorum scrutator, licere sic confundi linguam serbo-bulgaro-macedonicam: fuisse potius jam Cyrilli aevo, imo ab anno inde 550, dialectum serbicum sat χαρακτηριστικῶς diversam sive a bulgarico-macedonica, sive rectius velis dicere bulgaricam simpliciter. Et Шафарик quidem Bulgaris vindicat linguam sacram, Serbis abjudicat.

Hoc quidem recte Шафарик; at de illo viderit, an sat levia sua et vaga nimis argumenta possint su-

¹⁾ Etiam vocabula nonnulla succurunt, e Bavarorum aperte lingua in slavica sacram illata (praeter illa §. XII.): ΠΕΝΑΖЬ e phening germanico fecere Slavi, sicut КЪНАЗЬ e chuning, et jam olim in Sarmatia ОУЦЕРАЗЬ e gothico ausahring (inauris, hodie Ohrring). Vides germanicum Grite mutatum in З, sequente Ъ; idemque postliminio redire in КЪНАРЪНИА (ἀρχόντισσα) sequente Ѡ. Sic et ΚΡΑΜΟΛΑ fecere e carmula, voce citata pro bavarica in Lege Bajuvariorum medii aevi; ubi videm vides Slavum more suo praemittere consonantes (κρα- pro car-) sicut facit in ΓΡΑΔЪ, БРАДА, КРОДЪ, ЗЛАТО, respondentibus germ. gard, bart, furt, gold etc. Vocabuli autem ΠΕΚΑЪ m., aut ΠΕΚΛΟ, П'ЕКЛО n., a Germ. p'ech medii aevi, pro Inferno, non quidem ipsum etymon alemanicum, at vim tamen et notionem illius graece redditam habes in ipsa vulgari hodiernorum Graecorum ΠΙΣΣΑ (pix) pro majorum suorum et ecclesiastico ἄδῃ. Sic peregrinatum Germ. p'ech ab Alpibus Carnicis per totam Adriatici maris oram Slavicam, tandem in ipsa Graecia Cretaque μεταμόρφωσιν subiit, nisi ἀναμόρφωσιν malis dicere pristinae suae ΠΙΣΣΗΣ sive p'icis. — ²⁾ Neque ipsa historia tacebit, si quis quaerat curiosius. In concilio Constantinopolitano A. 870 legali Bulgarorum confitebantur, populares suos, cum primum occupassent Moesiam, graecos ibi presbyteros invenisse. Urge sis quae hinc consequantur.

stinere longe firmiora et, nisi nos omnia fallunt, plane victricia allata supra §§. XII et XXIX, pro Pannoniis seu Carantanis, utpote primis auctoribus et quasi parentibus linguae Slavorum sacrae; post horum demum tristia fata quasi pupillae in naturalem agnatorum tutelam receptae et porro educatae apud Bulgaros, ab hisque postea emancipatae Serbis et Ruthenis. Certe Carantanorum nepotes longe facilius rationem reddent sonorum жА et шТ, Шaffarikio quidem iudice, solis plane Bulgaris priorum, quam ille ipse germanismorum §§. citatis adlatorum e Bulgaris ostendat probabilitatem. Nisi forte malit nobiscum acquiescere in Bulgaris Saviis, apud quos utpote Slavos Pannonios eosdemque cum Carantanis sicut ex una parte Germanis continuatos nemo miretur germanismos, ita ex altera pulchre concordent diversissimorum fontium narrationes, modo Bulgaros, modo Moravos, modo denique Slavos in genere, vocantes Methodii dioecesanos. At haec concordia perit, simul ac cum Dobrovio cavillante rem incipias ab extremis Bulgaris Thessalonicensibus. Neque dubitamus fateri, nos e criticae legibus malle, cum Dobrovio anni 1806, carere plane Bulgaris inter Methodii discipulos, quam pro Bulgaris Saviis arcessere cum eodem 1823 nescio quos impermixtos Serbo-Bulgaro-Macedonas! Unde enim talibus obveniant germanismi §§. XII et XXIX.

Cum contra Pannoniorum patronus jure possit dicere, pupillam suam methodianam eos жА et шТ sonos, qui revera sint solis Bulgaris proprii, non a prima sua natura pannonica habere sed ab educatoribus Bulgaris didicisse; aut potius ita ei in Bulgaria fuisse assutos hos bulgarismos ¹⁾, sicut postea in Russia assuti sunt hodieque haerent in bibliis вѣрѣнь конь, мѡлѡтаца et alii complures russismi; ideoque quo antiquiores linguae sacrae codices prodierint, eo magis apparituram dialectum genuinam ipsius S. Methodii dioeceseos et aetatis. Nonne

enim e. g. jam hic ipse quem edimus, Clozianus codex, praeter inauditum antea сатъ (pro φησί, inquit) multa alia profert notatu dignissima; e. g. вжзъ (vinculum) cum Carantano et Polono, quod alii codd. habent жзъ sine в; ipsiusque vocis потънѣга in Pannonia usitatae forte fortuna invenimus monumentum superstes in nomine proprio doctissimi scriptoris medici, Dⁿⁱ Podrěжnik, nati in Styria Slavi, hodieque viventis Graecii. Neve putes esse nomen a Germano parocho aut ludimagistro male exceptum, scito nos diligenter requisisse, certumque esse nomen Подрѣжник per ж, non per ш neque ч. Sed de his hactenus.

Ceterum Bulgarorum qui sec. X. longe potentissimi cum Byzantinis de imperio certabant, nunc vix multo majores supersunt reliquiae, quam Carantanorum, inter sesquimillionem nempe et binos miliones; cum Serborum et Croatarum, (quos quidem utrosque communi et vulgari nomine Illyriorum commodius comprehendas, dialecto utrosque plane eadem utentes), sint ad quinque fere miliones.

Cumque et Carantanorum et Illyriorum dialecti satis sint notae, scito Bulgarorum contra dialectum vix obiter et ex parte tantum, et de superficie hucusque innotuisse, quippe omni fere carentem literatura. Hoc tantum videmus, fecisse eam ex omnibus slavici maxime suae grammaticae jacturam, vocabulisque tantum slavici uti, syntaxi contra plane valachica, seu rectius albaniica, quippe cum et valachica syntaxis albaniicae sit filia.

Nec male quis dicat cum Шaffarikio, hunc linguae bulgaricae statum vix non ipso Cyrillo antiquiorem videri; saltem in partibus Macedoniae, cum Belgradenses e. g. et Syrmenses Bulgari (utpote sine vicinis alienigenis habitantes) manserint sinceriores. Sed vides et hanc observationem stare contra Dobrovii „linguam nondum permixtam bulgaro-serbo-macedonicam”. —

Sed jam tandem ad ipsam dialectorum contentionem promissam accedamus propius.

XXXI.

SPECIMEN DIALECTI CARANTANICAE SEC. X.

Praemonitum. Quicumque attenderit ad tot cimelia, Angelo ante omnes Majo Italo rei auctore, e bibliothecarum pulvere superioribus his annis prolata, exspes plane sit oportet, si de methodiano saltim aliquo codice favente fortuna inveniendo desperet. En tibi nunc, e. g. post 400 fere annorum captivitatem quasi postliminio emancipatum ipsum Clozianum codicem, glagoliticorum omnium hucusque vetustissimum.

1) Idque eo facilius, quum a Bulgaro unum idemque signum ш non nisi sono шТ proferendum erat, a Carantano contra ж; ita plane prout supra observavimus idem τѡ ш accidisse a Glagolitis, ipsoque Caramano. Adde in alphabeto glagolitico ш praemitti τѡ ш, quod vix factum foret, si ш habuissent pro compendio τѡ шТ.

- XXII. Passio SS. MM. Heraclii, Elisabeth et Theodotes et Glyceriae. Et S. Deiparae.
- XXIII. Passio S. Apostoli Jacobi, fratris Domini.
- XXIV. Memoria S. Procli Episc. Constantinop. Et S. M. Arethae.
- XXV. Passio SS. MM. Marciani et Marturii (Martyrii). Et S. Cutarii. (Quid si hic Cutarius exstiterit e notariis kal. Basiliani?).
- XXVI. Passio S. Demetrii et Basilii et Artemidori.
- XXVII. Passio S. M. Capetulinae et Perotidis (Erotidis) ancillae ejus, sub Diocletiano imperatore. Eodem die Archangeli Michaelis in Probatio (?).
- XXVIII. Memoria S. (ὁσίου) Abramii et Sociorum ejus, Confessorum SS. LXXIII.
- XXIX. Passio SS. MM. et AA. Petri et Pauli. Joannis

TEXTUS COD. OSTROMIR. AD FIDEM APOGRAPHI

иоану крѣтлаю. носифоу патриархоу. козмѣ
и дамипноу. трофимоу.

л. (мѣа октябра). страсть сѣвѣхъ мѣа кириаккоу патри-
архоу и зиновию еппоу. и зиновиѣ, сестри
его. и астерию.

ла. — страсть сѣвѣимъ мѣкомъ. пантелеонтоу. ира-
канию. и епимаха (*sic omnia*).

мѣа ноябра. памать сѣвѣма безмъздыникома. козмѣ
и дамипноу.

д. мѣа тогоже. страсть сѣвѣаго мѣа порфурѣ.

е. — памать сѣвѣмоу мѣкоу галактионоу, и домьни-
на (*sic*) и еписимии (*sic*). вѣ тѣже сѣвѣние сѣвѣмоу
федодору вѣ споракии. и недѣла прѣворо-
дьяна.

з. — памать сѣвѣмоу павѣлоу исповѣдъникоу.

з. — страсть сѣвѣхъ мѣа .лѣ. иже вѣ мелетини.

и. — сѣвѣмъ архангѣлоу михаилоу вѣ аркадинѣхъ.

а. — страсть сѣвѣаго мѣа минѣ.

в. — покон иоана златоустѣаго архиеппа констан-
тинѣ града.

д. — страсть сѣвѣаго мѣа филипа.

е. — страсть сѣвѣимъ исповѣдъникомъ гоурин са-
монѣ и авивоу.

з. — страсть сѣвѣаго мѣа и евангелиста матѣеа.

з. — памать сѣвѣмоу григору чюдотворѣа (*sic*
utrumque).

и. — страсть сѣвѣаго мѣа платона.

к. — памать сѣвѣмоу мѣимноу и генадю. и сѣвѣаго
григора новааго чюдотворѣа.

ка. — вѣнесение сѣвѣи кѣи, егда вѣнесена кѣсть вѣ
цркви гню. гмъ лѣтомъ сжши. и сѣвѣи иоу-
липпни.

ке. — страсть сѣвѣаго мѣа климента. роумѣхъ. и
петроу вѣ александрии. и мѣкоу меркоурню.

кз. — страсть сѣвѣою мѣкоу козмѣи и дамипна. сж-
щема отъ аравиѣ. и друугѣихъ мѣногъ.

ки. — страсть сѣвѣаго мѣа неринарѣа. и памать бѣго-
вѣрѣнѣанима ирема константинноу и маврики-
пноу и чадома кю.

л. — страсть сѣвѣаго мѣа андрѣа.

мѣсаца декабра. страсть сѣвѣи мѣа варварѣи и оули-
ппиѣ. и прѣподокънааго оула нашего иоана
мансоура прѣвучѣра.

INTERPRETATIO NOSTRA.

Baptistae. Josephi Patriarchae. Cosmae et Damiani. Tro-
phimi.

XXX. (MENSIS OCTOBRIS). Passio SS. MM. Cyriaci Patriar-
chae et Zenobii Episcopi, et Zenobiae sororis ejus, et
Asterii.

XXXI. Passio SS. MM. Panteleontis, Heraclii et Epimachi.

I. MENSIS NOVEMBRIS. Memoria SS. anargyrorum Cosmae
et Damiani.

IV. Passio S. M. Porphyrii.

V. Passio S. M. Galactionis et Domnini et Epistemes.
Eodem die Celebratio S. Theodori in Sporacio (*sic*). Et
Dominica primogenita (hebdomas prima ante Nativi-
tatem?).

VI. Memoria S. Pauli Confessoris.

VII. Passio SS. MM. .XXXIII. qui Meletinae (fuere).

VIII. Synaxis (conventus) Archangeli Michaelis in Arcadianis.

XI. Passio S. M. Menae.

XIII. Quies (obdormitio) Joannis Chrysostomi Archiepis-
copi Constantinopolitani.

XIV. Passio S. Apostoli Philippi.

XV. Passio SS. Confessorum Guriae, Samonae et Abibi.

XVI. Passio S. Apostoli et Evangelistae Matthaei.

XVII. Memoria S. Gregorii Thaumaturgi.

XVIII. Passio S. M. Platonis.

XX. Memoria S. Maimini (?) et Gennadii. Et S. Gregorii novi
Thaumaturgi.

XXI. Illatio S. Deiparae, quando illata est in templum Do-
mini, tres annos nata. Et S. Julianae.

XXV. Passio S. M. Clementis in Rumis (?). Et Petri Ale-
xandriae. Et M. Mercurii.

XXVII. Passio SS. MM. Cosmae et Damiani qui sunt ex
Arabia. Et aliorum multorum.

XXVIII. Passio S. M. Irenarchi. Et memoria fidelium im-
peratorum Constantini et Mauriciani et duorum libero-
rum amborum.

XXX. Passio S. Apostoli Andreae.

I. MENSIS DECEMBRIS. Passio S. M. Barbarae et Julianae.
Et S. (свѣтл) Patris Nostri Joannis Mansuri presbyteri.

TEXTUS COD. OSTROMIR. AD FIDEM APOGRAPHI.

- Ѣ. (мѣсяца декабря). сѣоумоу оїюу нашему аверкиѣ (sic). и сѣоумоу наставникоу савѣ.
 њ. — память сѣмоу оїюу нашему николаѣ. недѣла .б. прѣжде рождѣства хѣва. сѣвѣхѣ прасіѣ.
 ѳ. — страсть сѣвѣхѣ мѣкѣ еустрата. еуксента. евгена. мардара. и ореста. (sic omnia).
 ѿ. — страсть сѣвѣхѣ мѣкѣ тоурѣса. левѣкипа. и каллиника. филимона и аполлиниѣ, и дружинѣи кію.
 е. — сѣоумоу оїюу нашему елѣтерію.
 з. — память сѣвѣхѣ і. отрокѣ, ананиѣ, азаріѣ, мисаила, иже въ вавулонѣ оугасиша печь огньнѣ. и данила (sic) пророка.
 и. — свѣщеніе цркви сѣвѣа кіѣа ежшаа близѣ великѣа цркви въ халкопратнихѣ.
 ѿ. — страсть сѣвѣним мѣкомѣ. еутухѣ. фощѣ. и ермоноу и генифатоу (sic omnia). недѣла (quae?) прѣжде рождѣства хѣва. память сѣвѣнимѣ оїемѣ авраамоу и ісакоу и исаковоу.
 к. — сѣоумоу сѣлю игнатію.
 ка. — память сѣвѣи мїѣи анастасіи.
 кг. — страсть сѣвѣхѣ .і. мѣкѣ иже въ критѣ при декии іѳри.
 къ. — сѣвѣа мѣа еугеніѣ. при космодаѣ (sic) іѳри. и навечеріи рожѣства хѣва.
 ке. — рожѣство хѣво.
 кс. — наоутриѣ по рожѣствѣ хѣвѣ.
 кз. — страсть сѣлаго прѣвоіма стефана.
 ки. — сѣмоу оїюу нашему архіеппоу бѣвѣшоу. мѣодороу.
 ко. — страсть сѣвѣхѣ мѣа дѣньцѣ.
 л. — страсть сѣвѣа мѣа анастасіѣ солоуніѣнѣи (sic) при максиміѣнѣ іѳри.
 ла. — страсть сѣаго (sic) мѣа сѣлѣвѣтра папеѣа.

мѣа еноуара. просіньѣа рекомааго. окрѣзаниѣ іѣа нашѣго іѳ хѣа. и память оїюу нашему базилю архіеппоу бѣвѣшоу въ кесаріи кападокии.

б. мѣа тогоже. память сѣвѣа аполинариѣ и прѣподѣбнааго оїѣа григора чоудотворѣца въ акритѣ. и навечеріи сѣвѣхѣ богопѣлании.

ѣ. — свѣщенік. епифаниѣмѣ.

з. — сѣборѣ сѣлаго іоана кръстителя.

и. — память сѣлаго григора еппа мѣси.

INTERPRETATIO NOSTRA.

- V. (MENSIS DECEMBRIS). Sancti Patris Nostri Abercii. Et sancti abbatis (magistri, praeceptoris, institutoris) Sabbae.
 VI. Memoria S. P. N. Nicolai. Dominica II. ante Nativitatem Christi. SS. Protoparentum.
 XIII. Passio SS. MM. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii et Orestis.
 XIV. Passio SS. MM. Tursi (Thyrsi) Lucii et Callinici, Philemonis et Apollonii et Sociorum.
 XV. S. P. N. Eleutherii.
 XVII. Memoria SS. III. puerorum Ananiae, Azariae, Misaelis, qui Babylone restinxerunt fornacem igneam. Et Danielis prophetae.
 XVIII. Dedicatio ecclesiae S. Deiparae, quae est prope magnam ecclesiam in Chalcopratiis.
 XIX. Passio SS. MM. Eutychis, Phocae et Hermonis et Genifati (sic pro Bonifacii). Dominica (deest numerus, quota) ante Nativitatem Christi. Memoria SS. PP. Abrahami, et Isaaci et Jacobi.
 XX. S. consecratoris (episcopi) Ignatii.
 XXI. Memoria S. M. Anastasiae.
 XXIII. Passio SS. .X. MM. qui in Creta sub Decio imperatore (fuere).
 XXIV. S. M. Eugeniae, sub Commodio imperatore. Et vigilia Nativitatis Christi.
 XXV. Nativitas Christi.
 XXVI. Matutinum post Nativitatem Christi.
 XXVII. Passio S. Protomartyris Stephani.
 XXVIII. S. P. N. (qui fuit archiepiscopus) Theodori.
 XXIX. Passio SS. Infantum.
 XXX. Passio S. M. Anastasiae, Thessalonicensis, sub Maximiano imperatore.
 XXXI. Passio S. M. Silvestri Papae.

I. MENSIS JANUARI, dicti просіньѣа. Circumcisio D. N. Jesu Christi. Et Memoria P. N. Basilii archiepiscopi qui fuit Caesareae Cappadociae.

II. Memoria S. Apollinariae et S. (ὁσίον) Patris Gregorii Thaumaturgi in Acrito (? Agrigenti?). Et vigilia sanctorum Theophaniarum.

VI. Festum Epiphaniarum.

VII. Synaxis (synodus, conventus) S. Joannis Baptistae.

VIII. Memoria S. Gregorii Episcopi Mysiae.

TEXTUS COD. OSTROMIR. AD FIDEM APOGRAPHI.

- ї. (мѣа еноуара). памать оїѣ нашего иона. и прѣ-
подобнаго (sic) оїѣ нашего григора еѣпа
нисьска.
- ѧ. — памать сѣвѣхъ оїѣ нашихъ и мѣа изенѣ-
нѣхъ на синдѣцѣи горѣ. ѡесдоула, нила,
иона. и памать сѣмоу аббадѣ.
- Ѩ. — цѣлованиѣ и покланѣніе веригамъ сѣаго
(sic) апла петра.
- ѩ. — памать прѣподобноумоу антонию.
- їи. — сѣмоу аѡанасію и курилоу и александру.
- їк. — памать прѣподобноумоу еѣѡумнию.
- їкв. — страсть сѣаго апла тимоѡеа и анастасіа.
- їкд. — страсть сѣмоу мѣоу климентоу.
- їке. — памать сѣмоу григорию ѡеологоу.
- їкс. — сѣаго поликарпа еѣпа, и сѣаго зенофонта
и женѣи еѡо и окоу сѣвоу еїи. и орѣада иона
(sic omnia).
- їкз. — памать вѣзвращеніи моци сѣаго злато-
оусгааго.
- їки. — памать прѣподобноумоу еѣремоу.
- їкѡ. — памать игнатію когносыоу. вѣ тѣже днь
памать прѣподобнаго ишкова затворника
- їк. — окрѣтене моци (sic) чьстѣнѣхъ сѣаго кли-
мента папежа римьска .ѧ. по аплаѣ петрѣ.
- їка. — памать сѣвѣма мѣома абба куроу. ионоу (sic).

- їк. мѣа февруара (sic). памать сѣаго мѣа трупона.
- їб. — тогоже. сѣрѣтене гѣа нашего иѣсу хѣа.
- їв. — памать сѣмоу сѣмеоноу примѣшоу гѣа.
- ївѣ. — памать прѣподобнаго дѣзента чоудотворѣ-
ца и прѣподобнаго оїѣ нашего константина
философа. наречена вѣ чрьнѣчьство именѣмъ
курула.
- їви. — страсть сѣаго мѣа памфила, и инѣхъ мѣногѣ.
- ївг. — страсть сѣаго мѣа полукарпа еѣпа змуринь-
ска (sic).
- ївд. — памать окрѣтению главѣи сѣаго иона про-
рока и прѣдѣтѣа и крѣтап.

- мѣа мартѣа. страсть сѣвѣхъ мѣченикѣ .мѣ.
- ївѣ. — тогоже. памать сѣаго александѣа, наричемааго чѣка
кожнѣа. и великоумоу троусоу.
- їви. — памать сѣаго оїѣ курила архіеѣпа и мѣа.

INTERPRETATIO NOSTRA.

- X. MENSIS JANUARI. Memoria P. N. Joannis et S. (ὁσίου)
P. N. Gregorii episcopi Nyssensis.
- XIV. Memoria SS. PP. NN. et MM. occisorum in monte
Sinai: Theoduli, Nili, Joannis. Et Memoria S. Ab-
badiae.
- XVI. Osculatio et adoratio catenarum S. apostoli Petri.
- XVII. Memoria S. (ὁσίου venerabilis?) Antonii.
- XVIII. S. Athanasii et Cyrilli et Alexandri.
- XX. Memoria S. (ὁσίου) Euthymii.
- XXII. Passio S. apostoli Timothei, et Anastasii.
- XXIV. Passio S. M. Clementis.
- XXV. Memoria S. Gregorii Theologi.
- XXVI. S. Polycarpi episcopi, et S. Xenophontis et uxoris
ejus et utriusque filii ejus Arcadii et Joannis.
- XXVII. Memoria relictus Reliquiarum S. Joannis Chry-
sostomi.
- XXVIII. Memoria S. (ὁσίου, venerabilis) Ephreми.
- XXIX. Memoria Ignatii deiferi. Eodem die memoria S.
(ὁσίου) Jacobi clausoris (eremite reclusi).
- XXX. Inventio reliquiarum venerandarum S. Clementis,
papae Romani IV post apostolum Petrum.
- XXXI. Memoria SS. MM. Abbatis Cyri et Joannis.

- I. MENSIS FEBRUARI. Memoria S. M. Tryphonis.
- II. Occursus D. N. Jesu Christi.
- III. Memoria S. Symeonis qui excepit Dominum.
- XIV. Memoria S. (ὁσίου) Auxentii Thaumaturgi et S. (ὁσίου)
P. N. Constantini philosophi, dicti in monachatu no-
mine Cyrilli. (Ergo pro monacho tantum agnoscit
venerabili S. Cyrillum).
- XVI. Passio S. M. Pamphili et aliorum multorum.
- XXIII. Passio S. M. Polycarpi episcopi Smyrnensis.
- XXIV. Memoria inventionis capitis S. Joannis prophetae,
et praecursoris et baptistae.

- I. MENSIS MARTII. Passio SS. MM. XL.
- XVII. Memoria S. Alexii, vocitati hominis Dei. Et magni
terrae motus.
- XVIII. Memoria S. P. Cyrilli archiepiscopi et M.

TEXTUS COD. OSTROM. AD FIDEM APOGRAPHI.

кв. (міѣ марта). памать сѣгаго ѡемѣи (*sic*) новаго архієппа цр҃аграда (*sic*)

кд. — страсть сѣвѣхъ и мкѣ вѣ кесарини. и навечерне благовѣщення.

ке. — благовѣщення сѣвѣи (*sic*) еѣи.

ѡ. міѣ априла. страсть сѣвѣхъ · рѣк · а памать сѣенаго оѣа нашего еѣтѣхъ (*sic*) архієппа константина (*sic*) града.

ѡи. — тогоже. страсть сѣлаго мка антипѣи еѣпа пергамьска (*sic*).

кв. — памать прѣподобноумоу ѡеодороу сикеецьскоумоу (*sic, pro: сикейскоумоу ex oppido Syceo*).

кг. — памать сѣмоу мкоу георгию. (*cf. supra p. XXIII*).

кѣ. — страсть сѣгаго апла и еѣлиста марка.

кѡ. — сѣмоу мкоу (*sic, sine ч superposito*) и еѣпоу василию вѣ амасонѣхъ (*sic, pro: амасини, Amaseae*).

кз. — страсть сѣоюю мкоу василию еѣпоу амасини. и сѣлаго пеплига (*sic omnia*).

л. — страсть сѣлаго апла илкова брата сѣлаго ноана евангелиста.

міѣ маіа. памать сѣмоу пророкоу иеремии.

б. — тогоже. сѣвѣхъ мкѣ есперію и зосии, и женѣ кго и чадоу еѣ куріака и ѡеодола (*sic*). вѣ тѣже днь дѣоданасію.

в. — памать сѣоумоу афродисію. ганмида (*sic*).

г. — страсть сѣлаго дѣмитраднакта (*sic*).

д. — памать сѣгаго апла и еѣлиста ноана ѡеолога.

е. — памать сѣмоу генетлію и мѣнозѣхъ. и памать сѣмоу мкоу мокию.

ж. — страсть сѣмоу сидороу и сѣмоу пахоумоу.

з. — памать сѣвѣмѣ василию (*sic*) константиноу и елени (*sic*) матери кго.

и. — памать сѣмоу василискоу.

міѣ юніа (*sic*). страсть мкѣ ермила, стратоника и юстина философа.

б. — тогоже. памать сѣмоу оѣоу нашему никифороу.

в. — памать сѣгаго оѣа нашего митрофана архієппа цр҃аграда (*sic*).

г. — страсть сѣмоу мкоу маркианоу.

INTERPRETATIO NOSTRA.

XXII. MENSIS MARTII. Memoria S. Thomae Novi, archiepiscopi Constantinopoleos.

XXIV. Passio SS. VIII. MM. Caesareae. Et vigilia Annunciationis.

XXV. Annunciatio S. Deiparae.

VI. MENSIS APRILIS. Passio SS. CXX. Et memoria sanctificati P. N. Eutychii Archiepiscopi Constantinopolitani.

XI. Passio S. M. Antipae episcopi Pergameni.

XXII. Memoria S. (*ὁσίω*) Theodori Syceotae.

XXIII. Memoria S. M. Georgii.

XXV. Passio S. apostoli et evangelistae Marci.

XXVI. S. M. et Episcopi Basilii in Amasea.

XXVII. Passio SS. MM. Basilii episcopi Amasiae, et S. Peplii. (*sic, pro: Puplii i. e. Publii*).

XXX. Passio S. apostoli Jacobi, fratris S. Joannis Evang.

I. MENSIS MAII. Memoria S. prophetae Jeremiae.

II. SS. MM. Hesperii et Zosiae et conjugis (*sic, pro: Hesperii et Zoes, conjugis*) illius, et liberorum ejus Cyriaci et Theoduli. Eodem die, Athanasii.

IV. Memoria S. Aphrodisii. Ganymedis (?).

VI. Passio S. Demetradnactis (?).

VIII. Memoria S. apostol. et evangelistae Joannis Theologi

XI. Memoria S. Genethlii et multorum. Et memoria S. M. Mocii.

XIV. Passio S. Isidori et S. Pachomii.

XXI. Memoria SS. *βασιλίσκου* Constantini et Helенае matris ejus.

XXII. Memoria S. Basilisci.

I. MENSIS JUNII. Passio MM. Hermylli, Stratonici et Justini philosophi.

II. Memoria S. P. N. Nicephori.

IV. Memoria S. P. N. Metrophanis Archiepiscopi Constantinopoleos.

V. Passio S. M. Marciani.

TEXTUS COD. OSTROM. AD FIDEM APOGRAPHI.

- Ѣ. (мѣа июниа). страсть свѣдѣхъ •ѣ• дѣвѣ, марѣѣ, марини, теоклаѣ, зинаидѣ. неммонии (sic).
 Ѧ. — памать свѣдѣюу ділоу варѣоломеа и варнабѣи.
 ѧ. — памать свѣдѣаго пророка ѣлисеѣ.
 Ѣ. — страсть свѣдѣаго вита. и меодоста (sic) пѣктоуна ѣго.
 Ѥ. — памать свѣдѣмоу мѣкоу леонтію.
 Ѧа. — рождѣство иоана прѣдтеча и крѣстителѣи.
 Ѧб. — памать свѣдѣи фебронии.
 Ѧв. — памать прѣподѣбьноумоу сампѣоноу.
 Ѧи. — обрѣтеникѣ моцѣмъ свѣдѣмъ куроу. иоаноу (sic).
 Ѧѡ. — памать свѣдѣма аплома петроу и паулоу.
 Ѧ. — памать свѣдѣмъ аплома (sic utrumque) •ѣи.

- мѣа июлиа (sic). памать свѣдѣма безмѣздѣнникама козмѣ и дамипноу.
 Ѣ. — тогоже. положеникѣ ризѣ свѣдѣа ѣца. вѣ влахернѣ.
 Ѥ. — памать свѣдѣмоу еустаѣиоу. поликарпоу.
 Ѧ. — памать свѣдѣмоу прокопию.
 ѧ. — свѣдѣи свѣдѣи еуфимии.
 ѧ. — страсть свѣдѣаго апла акулаѣ. и ларина (sic).
 Ѣ. — памать свѣдѣоумоу куроу и оулитѣѣ мѣтери ѣго.
 Ѥ. — памать свѣдѣхъ оѣѣ •хл• иже вѣ халкидонѣ.
 Ѧ. — памать свѣдѣоумоу пророкоу иани. и ѣлисею.
 Ѧв. — памать свѣдѣа муроноѣнѣа марина магдалина.
 Ѧв. — страсть свѣдѣаго аполлинарѣи (sic) архиепѣпа равньскааго.
 Ѧб. — оуспѣннѣ свѣдѣа анѣи мѣтери когородичинѣи. и свѣдѣи еупраѣи и олумпи.
 Ѧв. — памать свѣдѣмоу сумеоноу вѣ мандрѣ.
 Ѧв. — памать свѣдѣмоу пантелеимоноу.
 Ѧѡ. — памать свѣдѣмоу мѣкоу каллиникоу.
 ѧа. — памать блаженнааго едекима. и памать ѡедосниа цѣрѣи и цѣрѣни цѣркѣи свѣдѣа ѣца. вѣ тѣже дѣнь, поклоненнѣ (sic) чѣстѣноумоу дрѣвоу.

- мѣа аугоуста. памать свѣдѣмъ макавеомъ.
 Ѣ. — тогоже. памать свѣдѣмъ •ѣ• дѣти. иже вѣ ѣфесѣ.
 Ѣ. — памать свѣдѣи наѣѣ (sic, pro aliorum: Eusignio M.)

INTERPRETATIO NOSTRA.

- VI. Passio SS. quinque Virginum, Marthae, Mariae, Theclae, Zenaidis, Nemmoniae (?).
 XI. Memoria SS. AA. Bartholomaei et Barnabae.
 XIV. Memoria S. prophetae Elisaei.
 XV. Passio S. Viti et Modesti paedagogi ejus. (Est hic celeber in Serborum historia Vidov dan A. 1389).
 XVIII. Memoria S. M. Leontii.
 XXIV. Nativitas Joannis Prodromi et Baptistae.
 XXV. Memoria S. Febroniae.
 XXVII. Memoria S. (ισιδου) Sampsonis.
 XXVIII. Inventio Reliquiarum SS. Cyri et Joannis.
 XXIX. Memoria SS. AA. Petri et Pauli.
 XXX. Memoria Sanctorum Apostolorum XII.

I. MENSIS JULII. Memoria SS. Anargyrorum Cosmae et Damiani.

II. Deposito tunicae S. Deiparae in Blachernis.

VII. Memoria S. Eustathii. Polycarpi.

VIII. Memoria S. Procopii.

XI. Synaxis S. Euphemiae.

XIV. Passio S. apostoli Aquilae. Hilarii.

XV. Memoria S. Cyrici et Julitae matris ejus.

XVI. Memoria SS. PP. DC. XXX. qui Chalcedone (fuere).

XX. Memoria S. prophetae Eliae et Elysaei.

XXII. Memoria S. Mariae Magdalенаe unguentiferae.

XXIII. Passio S. Apollinaris archiepiscopi Ravennatis.

XXV. Obdormitio S. Annae matris Deiparae. Et S. Eupraxiae et Olympiae.

XXVI. Memoria S. Symeonis in mandra.

XXVII. Memoria S. Panteleemonis.

XXIX. Memoria S. M. Callinici.

XXXI. Memoria beati Eudocimi. Et memoria Theodosii imperatoris, et Consecratio ecclesiae S. Deiparae. Eodem die, adoratio venerandi Ligni (Crucis).

I. MENSIS AUGUSTI. Memoria SS. Macchabaeorum.

II. Memoria SS. •VII• Infantum qui Ephesi (fuerunt).

V. Memoria sanctae Iasae (sic, pro: S. M. Eusignii?).

TEXTUS COD. OSTROM. AD FIDEM APOGRAPHI.

- ѣ. (мѣа дѣгоуста). прѣвображеніе гѣ нашего ісуса.
- ѥ. — памать сѣѣи варварѣ. въ влахернѣ.
- Ѧ. — памать сѣмоу константиноу патриарѣху.
- Г. — памать сѣмоу лаурентию.
- Д. — памать сѣмоу маркелоу. въ тѣже дѣнь на-
вечеріе прѣсѣѣзіа бѣа.
- Е. — прѣстѣвленіе сѣѣи бѣи.
- Є. — памать сѣмоу диомидоу.
- И. — памать сѣгаго флора и лавра.
- К. — памать сѣмоу аплоу ѡадѣю.
- Ка. — памать самонлоу пророкоу.
- Кв. — памать сѣмоу мѣкоу (*sic sine ч superposito*)
агаѡоникоу.
- Кг. — памать сѣгаго калиника патриарѣха.
- Кд. — памать сѣгаго оѣа нашего калиника патри-
арѣха црѣграда (*sic*).
- Ке. — страсть сѣмоу аплоу титоу.
- Кѡ. — оутѣкновеніе иона прѣтеча и кръстителѣи.
- Л. — страсть сѣгаго ермогена и дружинѣи его. и
памать сѣоую оѣю нашею архіепѣа. црѣ-
града алеѣандра. иона (*sic*).
- Лд. — положеніе чѣстнаго погѣа сѣзіа бѣа въ
халкопратіи.

INTERPRETATIO NOSTRA.

- VI. (MENSIS AUGUSTI). Transfiguratio D. N. J. C.
- VII. Memoria S. Barbarae in Blachernis.
- XI. Memoria S. Constantini Patriarchae.
- X. Memoria S. Laurentii.
- XIV. Memoria S. Marcelli. Eodem die, Vigilia Sanctissi-
mae Deiparae.
- XV. Transitus S. Deiparae.
- XVI. Memoria S. Diomedis.
- XVIII. Memoria S. Flori et Lauri.
- XX. Memoria S. apost. Thaddaei.
- XXI. Memoria Samuel prophetae.
- XXII. Memoria S. M. Agathonici.
- XXIII. Memoria S. Callinici patriarchae.
- XXIV. Memoria S. P. N. Callinici patriarchae Constantino-
poleos.
- XXV. Passio S. apostoli Titi.
- XXIX. Decollatio Joannis praecursoris et Baptistae.
- XXX. Passio S. Hermogenis et sociorum ejus. Et memo-
ria SS. PP. NN. archiepiscoporum Constantinopoleos
Alexandri et Joannis.
- XXXI. Depositio venerandae Zonae S. Deiparae in Chal-
copratiis.

Huic Kalendario aequum est subungi codicis Evangeliorum Ostromiriani subscriptionem, cum apposita e regione, ut Kalendarii, Interpretatione nostra. Ea (praeter abbreviaturas, quas typographus nondum omnes potuit imitari) sic habet in Көррениі Собраніе Словенскихъ Памятниковъ, Petrop. 1827, fol., pag. XXXI—XXXII:

Послѣсловіе писанное мѣлкимъ почеркомъ.

Слава тебѣ гѣ црѣю нѣсѣнѣи. ꙗко съподоби ма написати еуглине се. почухѣ же ѣ писати. въ лѣто. ѣ. ф. ѣд. а оконьчухѣ ѣ въ лѣто. ѣ. ф. ѣе. написухѣ же еуглине се ракоу бѣжню нареченоу сѣшоу въ крѣпленіи ис-
сифѣ. а мирьскѣи остромирьѣ. близокоу сѣшоу изаславоу кѣназоу. изаславоу же кѣназоу тогда прѣддръжашоу обѣ власти. и оѣа своего прослава. и брата своего воло-
димира. самѣ же изаславѣ кѣназѣ правлѣаше столѣ оѣа своего прослава кѣивѣѣ. а брата своего столѣ поржчи правити близокоу своему остромироу новѣгородѣѣ. Мѣнога же лѣта дароуи бѣ сътажбѣшемоу еуглине се, на оутѣшениіе мѣногамѣ дѣшамѣ крѣстнильскамѣ. даи емоу гѣ бѣ блѣни сѣзіхѣ. евангѣлистѣ. иона. матѣѣе. лоу-
кѣи. марка. и сѣзіхѣ прѣоѣѣ. яврама. и ісѣака. и іѣкова. самомоу. емоу. и подроужнию еѣго. ѡеофанѣѣ. и чадомѣ ею. и подроужниемѣ чадѣ еѣю. съдравѣствоунте же мѣнога лѣта. съддръжаше пороученіе свое. ЯМИНѣѣ.

EPILOGUS SCRIPTUS MINUTO CHARACTERE.

Gloria tibi Domine Rex coelestis, quod dignatus, es me, scribere Evangelium hoc. Coepi autem id scribere A. 6564, et absolvi id A. 6565 (i. e. A. D. 1056—1057). Exaravi autem Evangelium hoc servo Dei dicto in baptismo Josepho, at in seculo Ostromiro, propinquo Izjaslavi Ducis. Izjaslavo autem Duce tunc obtinente utrumque imperium et patris sui Jaroslavi, et fratris sui Volodimiri. Ipse autem Izjaslavus Dux regebat sedem patris sui Jaroslavi Kievae, fratris vero sui sedem commisit regendam propinquo suo Ostromiro Novigradi. Multos autem annos largiatur Deus consecuto Evangelium hoc, in solatium multarum animarum christianarum. Det illi Dominus Deus benedictionem sanctorum Evangelistarum Joannis, Matthaei, Lucae et Marci; et sanctorum patriarcharum Abrahami et Isaaci et Jacobi; ipsi illi et conjugi ejus Theophanoni et liberis eorum et conjugibus liberorum eorum amborum. Et valeatis multos annos, tenentes commissum (mandatum) vestrum. AMEN.

ИЗЪ ГРИГОРИИ ДИАКОНЪ. НАПИСАХЪ ЕВГѢЛИЕ І (sic).
 ДА НИЖЕ ГОРАЗНѢ СЕГО НАПИШЕ, ТО НЕ МОЗИ ЗАЗЫРѢТИ
 МЪНѢ ГРѢШНИКОУ. ПОЧАХЪ ЖЕ ПИСАТИ. МѢДА ОКТѢБ. КѢ.
 НА ПАМАТЬ. ИЛДРИОНА. А ОКОНЧАХЪ. МѢДА. МАИИ. ВЪ. БѢ.
 НА ПАМАТЬ ЕПИФАНА. МОЛЮ ЖЕ ВЪСѢХЪ ПОЧИТАЮЩИХЪ
 НЕ МОЗѢТЕ КЛАТИ. НЪ ИСПРАВЛШЕ. ПОЧИТАИТЕ. ТАКО БО
 И СЪЪИ ДІАЛА ПАУЛА ГЛѢТЬ: БЛѢТЕ. А НЕ КАМѢТЕ. ЯМНИНЪ.

XXXIV. Appendix altera: De Moravis carentanis.

Notum est, complures historicos tribuisse Moravis partem etiam Pannoniae; (e quorum numero sufficit Gebhardium nominasse, in cujus Historiâ Rerump. Venedicarum (Geschichte der wendisch-slavischen Staaten) caput proprium occupat Moravia minor in Pannonia). At summus hoc Dobrovius minime admittebat, ratus, Moravos praedam ingentem egisse e Pannonia saepius invasa, vicissimque dedisse e Moravia Germanis, verum stabiles in Pannonia sedes Moravos nunquam obtinuisse. Obstant quidem illius opinioni jam antea tot locorum et rerum nomina per Pannoniam ipsumque Noricum praeserentia originem moravicam (Mährenberg, Mährenfels, Mahrburg, Mahrwein etc. etc. et in orientali Carniola plane amplum territorium Moravorum, Slavis incolis Moravce f. pl., Germanis Moräutscher Boden dictum): at nunc e G. H. Pertzii monumentorum Germanicorum T. I. auctiori Annalium Fuldensium editione pro Moravis carentanis prodit testis omni exceptione major, coevus et quasi oculatus. Sic enim habet ad A. 901. „Missi Moravorum pacem optantes pervenerunt (Radesbonam). Quod mox, ut petierunt, complacuit et juramento firmatum est. Inde ob hoc ipsum Richarius (Pataviensis) episcopus et Udalricus comes, Marahaha missi sunt, qui eodem tenore, ut in Bavaria firmatum fuit, ipsum ducem et omnes primates ejus eandem pacem se servaturos juramento constrinxerunt. Interdum vero Ungari australem partem regni illorum, Caruntanum, devastando invaserunt. Rex (Ludovicus Infans, Arnulphi nothi filius legitimus novennis) per Germaniam.... Franciam petiit“. Est igitur certo certius, etiam Pannoniae partem paruisse Moravis, tam Svatopluci quam Privinae ejusque filii Hezilonis et (nepotis fortasse, saltem successoris) Vratislai ¹⁾ (ab Arrabonis Dravique ostiis ad usque Carniolae Moravce)? Haecque ipsa Pannoniae moravicae pars, cum reliqua inferiori Pannonia interamnensi bulgarica, theatrum erat apostolicorum SS. Cyrilli et Methodii laborum inter veteriores loci Slavos recentioresque e Moravia transdanubiana colonos. Adde,

Ego Gregorius diaconus exaravi Evangelium hoc. Et qui melius hoc scripserit, nolit mihi succensere peccatori. Coepi autem scribere mensis Octobris die XXI, in festo Hilarionis, et absolvi mensis Maji die XII, festo Epiphani. Et rogo omnes lectores, nolite maledicere, sed postquam correxeritis legite. Sic enim et sanctus Apostolus Paulus dicit: Benedicite, et non maledicite. AMEN.

etiam nunc horum posteros, transdanubianos nempe Slovacos, sicut sedibus sunt contigui, ita et idiomate proximios esse Slavis carentanis; adeo ut cum his dicant orodovniya per o (ж) contra Bohemorum orudowniye quod habes p. XLVI in confessione bohémica. (Imo vide ipse, critique lector, an non haec ipsa Moravocarantania i. e. Carantaniae pars Moravicorum ducum parens imperio, lateat sub Anonymi Belae regis notarii Carentinis Moravianensibus, quos hactenus plerique pro Carentinis Murae fl. acolis sunt interpretati. Adde tamen, ditio-nem potius Moravorum cis Danubium viguisse, quam linguam: alias sacra Methodii dialectus, quae penitus cisdanubiani permansit ingenii, non careret omnino omnibus transdanubianorum Slavorum characteribus, quales sunt e. g. гѣзѣда, кѣкѣтѣ, тѣнѣ, нощѣ pro зѣзѣда, цѣкѣтѣ, тѣ, нощѣ. Poterat ergo S. Methodius creari Archiepiscopus Pannoniensis et Moravensis ecclesiae utriusque cis Danubium sitae; quamquam etiam Wichingus ale-mannus Nitraevae ultra Danubium episcopus latinissimus ejus esset suffraganeus. Quid si ipsa civitas μόραβος biographi graeci S. Clementis aut eadem fuerit, „quae noviter“) Moseburg vocabatur A. 865 (non 875, ut deteriores habent codices), a Privina A. 850, per submissos a Salisburgensi Archiepiscopo „magistros muratores et pictores, fabros et lignarios“ exstructa in nemore et palude Salae (non: palu Selleda fl. neque: palude Sanae fl.) fluminis“, aut vel Marburg ad Dravum, qui certe locus et ipse Privinae parebat successorique Heziloni? Qui Joannis VIII papae epistolas diligenter perlegerit, eum confidimus vix a nobis posse dissentire.

XXXV. Appendix tertia: Sonus ж Pseudocroatarum interamnensium.

Operae nos pretium facturos arbitramur, si lectoribus in memoriam revocaverimus e Carniolanis Georgii Dalmatini Biblii editis Witebergae 1584 f., sonum ж apud Vratislai Slovenos, qui nunc e Ferdinandi I. tempore (1550) γρωγραφικῶς tantum Croatae dicuntur, sed proprie

1) Brazlavo (Vratisslaus) dux secundum Annales Fuldenses A. 884 regnabat inter Savum et Dravum flumina, eique A. 896 fervente inter Bulgaros et Hungaros bello Arnulphus Imperator commendavit urbem Paludarum. Recteque observant critici, nil opus fuisse commendari Vratisslavo urbem, si jure successionis fuisset sua.

1) Minus accurate Dobrovius, fretus adverbio novitena credidit prius nomen fuisse Salaburg. Imo unicus hujus historiae fons Anonymus Salisb., primo eam civitatem Privinae vocat, tum noviter Moseburg. Salaburg non nisi corruptae lectioni debetur loci ad Salapiugin (i. e. Salae flexum), diversi a Salavar (Moseburg). Ipsumque Salae vocabulum rivum denotat lente labentem Germanis, aut vel stagnantem; ut fere idem sit ac Moos (palus). Hinc latinum civitatis Moseburg nomen: urbis scil. Paludarum barbare. Slavicum Blatensk aequae est a blato (lutum) unde Hungari Balaton fecere. Adde idem Salae vocabulum occurrere pro limite Austriae et Bavariae A. 1136 (Röten Sala) explicarique pro Rubra Palude, hodieque vocari das Salet (silvam nempe paludosam). Haec bavaria vox Salet (etiam Salät scribunt) ab Oeni ostiis perlata fuerit a colonis bavaris ad lacum Balaton, comitatus hinc vocati Saladiensis. Imo eodem ipsissimo nomine in Salät populus appellat agrum a Mura ad lacum usque Blatensem extensum.

sunt ultimi Vinidorum carantanorum, sat idoneo non historiae solum, sed, quod plus est, etiam linguae testimonio. Hos Georgii Dalmatini tempore (1550) Carnioli Besjacos vocabant, habetque ille in fine Bibliorum quoddam quasi glossarium, quo vicinis Slavis Carinthiae, Pseudocroatiae et verae Croatiae carniolismos suos explicat. En titulum glossarii:

REGISTER nekatérih beféd, katére Crajnfski, Corofski, Slovénfski ali Besjashki, Hervazki, Dalmatinski, Istrianski ali Crafski, fe drugázhi govóre (i. e. Index aliquot (754) vocum, quae Carniolice, Carantanice, Slovenice aut Bezjacice, Hervaticae, Dalmatice, Istrice aut Carusadice aliter dicuntur). Has ille dialectos, ut vides, reducit ad quattuor: 1) Crajnfski, 2) Coráshki, 3) Slovénfski ali Besjashki, 4) Hervazki, Dalmatinski, Istrianski, Crafski. Vides ergo pro vera Croatica haberi eandem, quae et Dalmatica sit et Istrorum et Carusadii montis ad australem occidentem Carniolae; at illam, quam hodie Croaticam appellamus, Zagrabiensium et reliquorum Croatarum provincialium, et illi et reliquis illius aevi scriptoribus dici Slovenicam seu Vinidorum extremorum. Sic et ipse Zagrabiensis episcopus Petr. Petretics evangelia a se edita A. 1651 pro sua dioecesi vocat Slovenska, non Horvazka. Sed ad Dalmatini glossarium redeamus. En ex illo bona fide scripta per ж (o) quae hodierni Zagrabienses per оу (u) scribunt (illyricenue dicam, anbohemice).

(I)	(II)	(III)	(IV)
Crajnfski.	Coroshki.	Slovenfski ali Besjashki.	Dalmatinski etc.
Drob	—	voťroba (i. e. вѣтрока)	vtroba (i. e. оу-трока).
fár	—	pop	
jézhá	—	vosa, (вѣза) temniza	vsa, tamniza (оуза).
ispahnuti	—	isrinoti (изрѣнѣти)	
klagovanje	—	tođa (тѣга)	
kunfhtno	—	modro (мѣдро)	(mudro)
kufhtati	—	kufhtnoti (коушѣнѣти)	celovati
martra	—	toka (мѣка)	muka.
materniza	—	voťroba (вѣтрока)	loshéfná
maura	—	rođa (рѣга) trakazha, donda.	duga
nakriviti	—	nagnóti (нагнѣти).	
nevésta	—	fnaha, sarozhniza (зѣржница).	
paliza	—	shzhar (шѣп, шѣп).	(Serbis: шѣп).
péft	—	rokovét (рѣковѣтъ).	
pozhylla (onáje)	—	pozhinola (починѣла).	
prepad	—	globofshzhina (глѣкошина).	
proga	—	modriza (мѣдрица)	
savpyti	—	sakriknoti (зѣкрѣнѣти)	
tarzha	—	shzhit (шѣтъ, шѣтъ).	(Serbis: шѣт).
tolashiti	—	stegnoti (стагнѣти).	
vervi	—	vosha, shtrange (вѣжа, вѣжа pl. n.).	

Habes ergo sedecies o loco u Illyriorum et Bohemorum, et a Polonorum locis plane iisdem, ubi Ostromir habet ж. His addidimus pop methodianum; item shzhar,

globofshzhina, shzhit pro iis, qui negant, cyrillianum u recte interpretari Russos et Carniolos pro шѣ compendio, cum Illyrii et Bulgari efferant per шѣ. Quamquam contrariae parti favere videtur non solum II, 50: pouťditi, et III, 41: eute Monumentorum Frisingensium, sed quod plus est, quippe geographicum etiam Stráshita n. plur. praedium sub Crainburg in media Carniola A. 1002 donatum ab Henrico II Frisingensibus, hodieque existens, sed nomine magis Carniolano Stráshie n. Haec ergo nondum liquent. Donda tandem communicare volumus cum Slovacia, quorum cantilenae populares vetustissimae celebrant Dunda nescio quam mythicam, quae quidem nostris Bezjacis est Iris, ut vides. Liceat et de ipso vocabulo Croatarum adnotare aliquid. Constantino Porphyrogenito (qui ipse quin sciret avum habuit Slavum, Imperatorem scilicet Basilium Macedonem *), scribuntur χροβάτοι i. e. χροβάти. Ipsissimum hoc nomen habent etiam a proximis vicinis Carniolanis: χροβάτ, pl. χροβάτιе. Cui ad amussim respondet Hungarorum Horvát; nam cum e suae linguae ingenio non possint incipere vocem a binis consonis Hungari, primam vocis syllabam, ex χρο- mutarunt in χορ-, sicut e brát (frater) fecere barát et sexcenta similia. Hunc hungarismum etiam Zagrabienses adoptavere, qui Horvát dicunt et se ipsos nunc, et antea Dalmatas dixere. Illyrii contra Hrvát efferunt, per H verum, non χ cyrillianum, et vocalem dimidiam inter H et r litteras. Sed omnes hae scriptiones satis evincunt, vocabulum Hrovát nil habere negotii cum χροβάτѣ, hr'b't, i. e. dorsum; imo neque cum montibus Carpathiis, nisi si forte montium ipsorum vocabulum adulteratum sit a Veteribus graecis et latinis, quibus Carpathium mare familiarius fuerit, quam χροβάτοrum sive natio, sive montes.

XXXVI. Appendix quarta: de S. Methodio superstite inter Moravos anno adhuc 884.

Putabat Dobrovius, cum nullam amplius Methodii mentionem invenisset, illum A. 881, (quo consolatorias ad eum litteras dederat Johannes VIII. papa), aut e vita aut saltim e Moravia migrasse. Sed ecce mentionem a cl. olim Icto et professore Monse in tabularii Olomucensis Senatús membranâ codici iuris magdeburgici adglutinatâ inventum, et a doctissimo prof. Ant. Boyek Moravo cum aliis propediem edendam. Scribit nempe A. 1062 frater M. praepositus de Raygrad S. „(Severo) Pragensi episcopo, se invenisse in libro quodam, qui est ecclesiae S. Petri in Bruna et inscribitur his verbis: Incipiunt traditiones et portiones ecclesiae S. Petri in monte — in cujus initiante charta prima scriptus est sequens notitiae tenor in hunc modum: †С†. In nomine patris et filii et spiritus sancti, Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCLXXXIII. consecrata est haec ecclesia in honore beatorum Petri et Pauli principum apostolorum Dei per reverendissimum in Christo patrem Methodium archiepiscopum Maravensem, ipso eorundem festi die dicato, ac prima ejus dos in Brne et Luze confirmabatur scripti tenore coram Zuatopleh duce glorioso et populo illegibili. Amen in aeternum. Amen, amen. — Et hic finis. Aliud vero, quod vetustiora attingeret tempora, neque in libro praefato, neque alibi scriptura testante adnotatum reperi.”

* Quem Genesius aequalis auctor narrat gigantem Bulgarum vicisse techna luctatoria, quae lingua Basilii patria (ἐγχαρῖς) vocaretur κατά πόδρѣзан. Atqui ПОДРѣЗА vox est pure slavica, succisionem (supplantationis genus) indicans.

Vides hinc S. Methodium aestate anni 884 adhuc in vivis fuisse, idque in dioecesi sua, non Romae, ubi 882 Joannes VIII, Methodii de calumniis Wichingi (Alemanni ipsis Germanis invisi) consolator ipse perierat nefario scelere „propinquorum thesaurum illius et episcopatus culmen rapere anhelantium”. Haec igitur e tenebris protracta Olomucensis membrana mirum est quantum addat ponderis veteri S. Methodii biographo, e Prologo membr. sec. XIII, edito ad Kalajdovicii „Joannem Bulgariae exarchum” p. 90, qui aperte dicit „Methodium obiisse in Moravia et sepultum esse in magna Moravi ecclesia, ad laevum parietem post altare S. Deiparae”. Vides hic et a Bulgaro sat liquido indigitari Moravi civitatem, non regionem, prout idem et Graecus biographus facit. Nos jam supra insinuavimus, aut in Moseburg, aut in Mahrburg quaerendam esse hanc civitatem Moravum (gr. *μοραβος της παννονιας*). Moseburg turbo hungaricus convertit in Szalavár, Marburgi antiquior historia adhuc in tenebris est. Hoc certe vix dubium, Hengistfeldon, ubi A. 892 Arnulphus Svatoplucio iratus cum slavico duce Brazlavone collocutus est, esse in media Styria ubi hodieum est Hengstberg prope Wildon. Itemque locum Omuntseberch, ubi 890 Arnulphus cum Zuentibaldo (Svatoplucio) duce „conventum habuit (apostolicusque Romae” Svatoplucum patronum nactus erat) vix alium esse ab Münzenberg superioris Styriae hodierno.

XXXVII. Appendix quinta: Anonymi Salisburgensis A. 873 scriptoris, Historia conversionis Carantanorum et de S. Methodio testimonium querulum.

(editio plenior, collatis Biblioth. Caes. codd. membran. quinque, quorum duo sec. XI—XII, tres XIII—XIV).

„Hactenus praenotatum est, qualiter bawarii facti sunt christiani, seu numerus episcoporum et abbatum conscriptus in sede Juvavensi. Nunc adiciendum est, qualiter Sclavi, qui dicuntur Quarantani et confines ¹⁾ eorum, fide sancta instructi, christianique effecti sunt. Seu quomodo Huni Romanos et Gothos atque Gepidos de inferiori Pannonia expulerunt, et illam possederunt regionem. Quoadusque franci et bawarii cum quarantanis continuis affligendo bellis superaverunt, eos autem qui obediebant fidei et baptismum sunt consecuti, tributarios fecerunt regum. Et terram quam possident residui, adhuc pro tributo retinent regis usque in hodiernum diem.

NUNC RECAPITULANDUM EST DE QUARANTANIS.

Temporibus gloriosi regis francorum dagoberti Samo quidam nomine. Sclavus manens in qua-

rantanis, fuit dux gentis illius. Qui venientes negociatores dagoberti regis interficere jussit et regia exspoliavit pecunia. Quod dum comperit dagobertus rex, misit exercitum suum et damnum quod ei idem Samo fecerat vindicare jussit. Sicque fecerunt qui ab eo illuc missi sunt, et regis servitio subdiderunt illos. Non multo post tempore coeperunt Huni eosdem Quarantanos hostili seditione graviter affligere. Fuitque tunc dux eorum nomine boruth, qui hunorum exercitum contra eos iturum bawariis nunciari fecit, eosque rogavit sibi in auxilium venire. Illi quoque festinando venientes expugnaverunt hunos, et obfirmarunt Quarantanos servitutique eos regum subjecerunt similiterque confines eorum, duxeruntque inde secum obsides in bawariam. Inter quos erat filius boruth, nomine cacatius, quem pater ejus more christiano nutrire rogavit, et christianum facere; sicut et factum est. Et de chettimar ²⁾ filio fratris sui similiter postulavit. Mortuo autem boruth, per jussionem francorum bawarii cacatium jam christianum factum petentibus eisdem sclavis remiserunt, et illi cum ducem sibi fecerunt. Sed ille tertio postea anno defunctus est. Iterum autem permissione domini pippini regis ipsis populis petentibus, redditus est eis Chettimarus christianus factus; cui etiam lupo presbyter ordinatus de Juvavensi sede in insulam Chemingi lacus, quae et a uva vocatur, dedit ei nepotem suum, nomine majoranum ad presbyterum jam ordinatum. Et quia compater ejus erat idem lupo presbyter, docuit eum, ut ad juvavense monasterium se devota mente ad christianitatis officium subdidisset. Quem suscipientes idem populi, ducatum illi dederunt. Ille vero secum habens majoranum presbyterum, in juvavensi monasterio ordinatum presbyterum, qui admonuit eum ad ipsum monasterium suum caput declinare in servitium dei. Et ille ita fecit ac promisit se ad ipsam sedem servitutum. Sic et fecit, atque annis singulis ibidem suum servitium persolvebat, et inde semper doctrinam et officium christianitatis percepit usque dum vixit.

Peractis aliquantis temporibus praenominatus dux Carantanorum petiit Virgilium episcopum visitare populum gentis illius eosque in fide firmiter confortare. Quod ille tunc minime adimplere valuit, sed sua vice misso suo episcopo nomine modesto ad docendam illam plebem; et cum eo watonem, reginbertum, cozharium atque latinum presbyteros suos, et ekihardum diaconum, cum aliis clericis, dans eis licentiam ecclesias consecrare et clericos ordinare, juxta canonum diffinitionem, nihilque sibi usurpare quod decretis sanctorum patrum contrairet. Qui venientes carantanis, dedicaverunt ibi ecclesiam S. Mariae ³⁾ et aliam in Liburnia civitate, seu ad Undrimas, et in aliis quam plurimis locis. Ibi que permansit usque ad vitae suae finem. Eo igitur de-

¹⁾ Ex iis, quae sequuntur, patebit, horum „Carantanorum, et confinium eorum” nomine intelligi Slavos reliquos, qui e Norico releguntur per totam Pannoniam, exceptis hodierna Slavonia et Sirmio in dextra inferioris Dravi ripa, quippe tum Bulgarorum ditioni parentibus; exceptisque ex parte etiam Slavis Carniolanis qui Aquilejensium patriarcharum opera fuerant conversi. Hic non nisi Salisburgensium missionariorum res gestae enarrantur; idque eo fine, ut ostendatur, iis injuriâ nunc intrudi ab ipso summo pontifice graecum Methodium. Hanc illi querelam fusius etiam extendunt in epistola A. 900 ad Joannem IX papam! Hujus quidem tum responsum intercepte pagani Pannoniae domini Hungari at satis postea declaravere et ipsi Salisburgenses foundatione episcopatum Seeceviensis, Lavantini et Gurcensis, et Hungari suam Pannoniae partem quinque episcopis committentes: Jaurinensi, Sabariensi, Vesprimiensi, Alba-Regalensi et Quinque-ecclesiensi; ut de Strigoniensis parte itemque Viennensi archiepiscopatu taceamus. Vides Salisburgensem dioecesin nunc non in quinque (ut A. 900 lamentabantur Bawarii) sed in his quinque episcopatus esse divisam, communi bono, ipsisque Salisburgensibus non nolentibus. Ex Joh. VIII autem papae Epistolis patet, Methodii dioecesin ex una parte et ultra Dravum Savumque Dalmatiam versus fuisse protensam, ex altera ultra Danubium! Cumque suis oculis usurpasset Chazariam Methodii frater Cyrillus, vix dubites his praesertim in Transdanubianos Slavos prospectibus motum Joh. VIII et slavonicas jure laudasse litteras, et Methodii dioecesin pro antiqua Sirmiesi libenter instaurasse et amplificasse.

²⁾ Alii codd. habent Chettumarus, Chetmarus. Verum nomen putes *Χοθημάρως* (pacis amans). Patruelis item nomen qui hic est cacatius, biographo S. Virgilii sonat carastus; avunculi et boruch. ³⁾ Cod. 73. sec. XIII: S. Mariae in solio: Et mox: ad imdrimas.

functo episcopo postulavit iterum idem Chettimarus dux Virgilium episcopum, si fieri posset ut ad se veniret. Quod ille renuit, orta seditione quod carmula dicimus. Sed inuito consilio misit ibidem Latinum presbyterum, et non multo post orta seditione aliâ exivit inde ipse Latinus presbyter. Sedata autem carmula, misit iterum Virgilius episcopus ibidem Madalohum presbyterum, et post eum Warmanum presbyterum.

Mortuo autem Chettimaro, et orta seditione, aliquot annis nullus presbyter ibi erat; usque dum Waltunc dux eorum misit iterum ad virgilium episcopum, et petiit ibidem presbyteros mittere. Qui tunc misit eis heimonem presbyterum, et reginbaldum presbyterum, atque majoranum diaconum cum aliis clericis. Et non multo post misit iterum ibidem eundem heimonem et duplitrum¹⁾ ac majoranum presbyteros, et alios clericos cum eis. Iterumque misit eis gozharium presbyterum, majoranum et erchanbertum. Post eos reginbaldum et reginbaldum presbyteros. Ac deinde majoranum et augustinum presbyteros. Iterumque reginbaldum et gundharium. Et hoc sub Virgilio factum est episcopo.

Item anacephalaeosis de Avaris.

Antiquis enim temporibus ex meridiana parte danubii in plagis pannoniae inferioris et circa confines regiones romani possederunt, ipsique ibi civitates et munitiones ad defensionem sui fecerunt, aliaque aedificia multa, sicut adhuc apparet. Qui etiam Gothos et Gepidos suae ditioni subdiderunt. Sed post annos nativitatis domini CCC. LXX. VII. et amplius huius ex sedibus suis in aquilonis parte danubii in desertis locis habitantes, transfretantes danubium expulerunt romanos et gothos atque gepidos. De gepidis autem quidam adhuc ibi resident. Tunc vero Sclavi post huc inde expulsos coeperunt istis partibus danubii diversas regiones habitare. Sed nunc qualiter huius inde expulsi sunt, et Sclavi inhabitare coeperunt, et illa pars Pannoniae ad dioecesim Juvavensem conversa est, edicendum putamus.

Igitur Karolus imperator anno nativitatis domini DCC. XC. VI. aericum comitem destinavit et cum eo immensam multitudinem, huc exterminare. Qui minime resistentes reddiderunt se per praefatum comitem Karolo imperatori. Eodem igitur anno misit Karolus pippinum filium suum in huc cum exercitu multo, qui perveniens usque ad celebrem eorum locum qui dicitur rinch, ubi iterum omnes eorum principes se reddiderunt pippino. Qui inde revertens partem Pannoniae circa lacum pellissa inferioris, ultra²⁾ fluvium qui dicitur hrapa, et sic usque ad dravum fluvium et eo usque ubi dravus fluit in danubium, prout potestatem habuit, praenominavit cum doctrina et ecclesiastico officio procurare populum qui remansit de huc et sclavis in illis partibus, arno Juvavensium episcopo usque ad praesentiam genitoris sui, Karoli imperatoris. Postmodum ergo anno DCCC. III. Karolus imperator bavariam intravit, et in mense Octobrio Salzpurg venit. Et praefatam concessionem filii

sui iterans potestative multis astantibus fidelibus suis affirmavit, et in aevum inconvulsam fieri concessit. Simili modo etiam Arn episcopus, successor Virgilio, sedis Juvavensis deinceps curam gessit pastorem, undique ordinans presbyteros et mittens in Sclaviniam, in partes videlicet quarantanas atque inferioris Pannoniae illis ducibus atque comitibus, sicut pridem Virgilius fecit. Quorum unus Ingo vocabatur, multum carus populis et amabilis propter suam prudentiam; cui tam obediens fuit omnis populus, ut si cuiquam vel charta sine litteris ab eo directa fuit, nullus ausus est neglegere suum praeceptum. Qui etiam mirabiliter fecit.

Vere servos credentes secum vocavit ad mensam, et qui eorum dominabantur infideles foris quasi canes sedere fecit, ponendo ante illos panem et carnes et fusca vasa cum vino, ut sic sumerent victus: servis autem stauipis deauratis propinare iussit. Tunc interrogantes primi de foris dixerunt: cur facis nobis sic? At ille: Non estis digni, non ablutis corporibus cum sacro fonte renatis communicare, sed foris domum ut canes sumere victus. Hoc facto fide sancta instructi certatim cucurrerunt baptizari. Et sic deinceps religio christiana succrevit³⁾.

Interim contigit, anno videlicet nativitatis domini DCC. XC. VIII. arnonem jam archiepiscopum a Leone papa accepto pallio remeando de Roma venisse ultra padum eique obviasse missum Karoli cum epistola sua, mandans illo⁴⁾ ipso itinere in partes sclavorum ire et exquirere voluntatem populi illius et praedicare ibi verbum dei. Sed quia hoc facere nequivit, antequam responsum referret suae legationis, festine perrexit ad imperatorem, et retulit ei quidquid per eum dominus Leo papa mandavit. Post expletam legationem ipse imperator praecepit arnoni archiepiscopo pergere in partes Sclavorum et providere omnem illam regionem, et ecclesiasticum officium more episcopali colere, populosque in fide et christianitate praedicando confortare. Sicut ille praecepit, fecit illuc veniendo; consecravit ecclesias, ordinavit presbyteros, populumque praedicando docuit. Et inde rediens nunciavit imperatori, quod magna utilitas ibi potuisset effici si quis inde habuisset certamen⁵⁾. Tunc interrogavit illum imperator, si aliquem habuisset ecclesiasticum virum, qui ibi lucrum potuisset agere deo. Et ille dixit se habere talem, qui deo placuisset et illi populo pastor fieri potuisset. Tunc jussu imperatoris ordinatus est Theodericus episcopus ab Arnone archiepiscopo Juvavensium; quem ipse arno et Geroldus comes perducetes in sclaviniam dederunt in manus principum, commendantes illi episcopo regionem carantanorum et confines eorum occidentali⁶⁾ parte dravi fluminis, usque dum dravus fluit in amnem danubii, ut potestative populum regeret sua praedicatione et evangelica doctrina doceret servire deo, et ut ecclesias constructas dedicasset, presbyteros ordinando constituisset, totumque ecclesiasticum officium in illis partibus, prout canonicus ordo exposcit perficeret, dominationem et subjectionem habens juvavensium rectorum; sicut ille fecit quamdiu vixit.

1) Cod. S. 79 duplicerum. 2) Nota ultra fl. hrapa. Ergo et hinc liquet, perperam lacum pellissa haberi a quibusdam pro recentius nato Neusiedler See. Auctor noster Blatensem intelligit. 3) Cod. S. 79, sec. XIII: crevit. Non male. 4) Codd. plerique: illi. 5) i. e. huius rei diligentem curam, V. Cangii Glossarium. Idem quod Arno, sensit et Johannes VIII. papa. 6) Hanc occidentalem partem intelligimus cum doctissimo Consiliario aulico Th. Dolliner Dravi superioris per Carinthiam et Styriam et Croatiae hodiernae partem, excepta hodierna Slavonia, quae Bulgarorum erat. Nisi plane malis occidentalem Dravi partem negligentius dictam pro aquilonari, quam A. 810 Carolus M. adjudicavit Salisburgensibus, australi Aquilejensibus relicta.

Post diem vero transitus de hoc seculo Arnonis archiepiscopi, anno nativitatís domini DCCC. XX. I. adalrammus piissimus doctor sedem juvavensem suscepit regendam; qui inter cetera beneficiorum opera finito cursu Theoderici episcopi, prout arno archiepiscopus antea Theoderico episcopo slavos commisit, ita et ipse ottonem constituit episcopum. Ipse enim Adalrammus anno nativitatís Christi DCCC. XX. III. pallium accepit ab Eugenio papa rexitque gregem sibi commissum XV annos; eoque superna clementia vocante a nexibus corporis absoluto Liuprammus venerabilis praedictae sedis pontificatum accepit pastor, quem Gregorius pallio honoravit DCCC. XXX. VI. qui innumerabilibus Deo placitis operibus peractis sydereas conscendit sedes anno nativitatís Christi DCCC. L. VIII. Cui successor quem ipse nutriti Adalwinus venerabilis praesul pallio honoratus a Nicolao papa ad praesens enit et tempus, cum omni regens diligentia divinitus sibi gregem commissum. Quorum temporibus, Liuprammi videlicet et Adalwini archiepiscoporum, Osbaldus ¹⁾ episcopus Sclavorum regebat gentem prout jam praecis temporibus jam dicti episcopi fecerunt subjecti episcopis juvavensium, et adhuc ipse Adalwinus archiepiscopus per semetipsum regere studet illam gentem in nomine domini, sicut jam multis in illis regionibus claret locis.

Enumeratis itaque episcopis Juvavensium conamur prout veracius in chronicis imperatorum et regum francorum et bawariorum scriptum reperimus, scire volentibus manifestare. Postquam ergo Karolus imperator hunis rejectis episcopatus dignitatem Juvavensis ecclesiae rectori commendavit, arnoni videlicet archiepiscopo et suis successoribus tenendi perpetualiter atque regendi perdonavit, coeperunt populi sive slavii vel bawarii inhabitare terram, unde illi expulsi sunt huni, et multiplicari. Tunc primus ab imperatore constitutus est confinii comes goteramms, secundus werinharius, III^{us} albricus, IV^{us} gotefridus, V^{us} geroldus ²⁾. Interim vero, dum praedicti comites orientalem procurabant plagam, aliqui duces habitaverunt in illis partibus ad jam dictam sedem pertinentibus, qui comitibus praefatis subditi fuerunt ad servitium imperatoris; quorum nomina sunt privvizlauga, cemicas, ztoimar, etgar ³⁾ Post istos vero duces bawarii coeperunt praedictam terram dato regum habere in comitatum. N. 4) Helmvinus, albargius, et pabo. His ita peractis ratbodus suscepit defensionem termini.

In cujus spacio temporis quidam priwina exulatus a moimaro duce maravorum supra danubium venit

ad ratbodum, qui statim illum praesentavit domno nostro regi Hludvico. Et suo jussu fide instructus baptizatus est in ecclesia S. Martini loco treisma nuncupato, curte videlicet pertinenti ad sedem juvavensem. Qui et postea ratbodo commissus aliquot cum illo fuit tempus. Interim exorta est inter illos aliqua ⁵⁾ dissensio; quam Privina timens fugam iit in regionem Wulgariam cum suis et chozil filius ejus cum eo. Et non multo post de Wulgariis Ratimari ducis adiit regionem. Illoque tempore Hludvicus rex Bawariorum misit Ratbodum cum exercitu multo ad exterminandum Ratimarum ducem; qui diffidens se defendi posse, in fugam conversus est cum suis qui caedem evaserunt ⁶⁾. Et praedictus Privinus substixit, et cum suis pertransiit fluvium Sawa, ibique susceptus a Salachone ⁷⁾ comite pacificatus est cum Rathodo.

Aliqua vero interim occasione percepta rogantibus praedicti regis fidelibus praestitit ⁸⁾ rex Privinae aliquam inferioris Pannoniae in beneficium partem circa fluvium qui dicitur Sala. Tunc coepit ibi ille habitare et munimen aedificare in quodam nemore et palude Salae ⁹⁾ fluminis, et circumquaque populos congregare ac multum ampliari in terra illa: cui quondam Adalrammus archiepiscopus ultra danubium in sua proprietate loco vocato nitrava consecravít ecclesiam. Sed postquam praefatum munimentum aedificavit, construxit infra ¹⁰⁾ primitum ecclesiam, quam Liuprammus archiepiscopus, cum in illa regione ministerium sacerdotale potestative exercuit, in illud veniens castrum in honore s. Dei genitricis Mariae consecravít anno videlicet DCCCL. Ibi fuerunt praesentes chezil, unzhat, chotemir, livvtemir, zcurben, siliz, wulkina, witemir, trebiz, brisnuz, zwemin, zeska, crimisin, goymer, zistilo, amelrich, altwart, wellehelm, fridepercht, serot, cunther, arfrit, nidrid, isanpero, rato, deoterih item deoterih, madalpercht, engelhardt, waltker, deobald. Ipsi viderunt et audiverunt complacitationem illo die inter Liuprammum et Privinam, quando ille dedicata est ecclesia, id est IX. Kal. Febr. Tunc dedit Privina presbyterum suum, nomine Dominicum, in manus et potestatem Liuprammi archiepiscopi, et Livvprammus illi presbytero licentiam concessit in sua dioecesi missam canendi; commendans illi ecclesiam illam et populum procurandum sicut ordo presbyteratus exposcit. Indeque rediens idem pontifex, et cum eo Hezil, consecravít ecclesiam Sandrati ¹¹⁾ presbyteri, ad quam Hezil territorium et silvam ac prata in praesentia praefatorum virorum tradidit et circumduxit in ipsum termi-

1) Hinc frequens per Carinthiam et Carniolam Osbaldi nomen. Ad hunc „Osbaldu[m] Chorepiscopum Quadrantinum“ exstant binae in Corpore Juris Canonici Nicolai papae decretales (dist. 50, cap. 6 et 39), unde videas, maluisse illum papae proponere dubia, quam suo metropolitae. Hinc deinceps plerumque maluerint „in nomine domini per semetipsos regere gentem illam“ Salisburgenses. 2) Nos cum aliis sic intelligimus, hanc „maximam“ provinciam a Carolo M. in quinque marcas fuisse divisam, singulis praefecto comite, prima e Goterammo, secunda e Werinhario, tertia e Albrico, quarta e Gotefrido, quinta e demum Geroldo. 3) Praeter hos quattuor posterioresque Nostri Ratimarum, Privinam, et Hezilone[m], ex Eginbardo aliisque novimus Brazlavonem et Ljudevitum, quorum ultro citroque penitiorum historiam perquirendam relinquitur Dalmatis et Croatis, Lucii et Hereselicii successoribus. 4) Lege: nomine: 5) Sic omnes codd. Oportet ergo male legisse „antiqua“ editorem Juvaviae. 6) Hunc Ratimarum ducem, praeter Nostrum nemini nominatum, praeclare illustravit Th. Dolliner in laudata dissertatione p. 64, habens illum pro Croatarum Duce Crasimere, filio Terpimeris, quo regnante Martinus ille podagricus e Francia Croatas in fide confortabat. Cf. nos supra p. XXXI. Clara hinc patescit Privinae fuga duplex, et reditus. 7) Sic codd. omnes. Male legerit „Juvaviae“ auctor: Salachone. 8) Sic codd. S. 414 sec. XII et S. 76 sec. XIV. At Caes. vetustiss. hist. eccl. 148, caret hoc folio: alter vero 73. sec. XIII. habet Sana. 9) Sic disertim codd. supradicti. Vides pallu sellede natum esse e praepostere collocato de, quod prior codex per correctionem habuerit superne aut in margine, utpote spectans ad palu-de. Similis error e male intellecta glossa natus est in Jordanis civitate Novi et Selavinorum ununense pro civitate Novidunense, cui voci curiosus quidam superscripserat glossam Selavinorum. 10) Sic omnes codd. sensu infimae latinitatis pro: intra? Vido Cangium. 11) Cod. 148: sandiati.

num. Tunc quoque ad ecclesiam Erinperti presbyteri, quam memoratus praesul consecravit, tradidit Hezil, sicut Engildeo et filii ejus duo, et Erenpercht presbyter, habuerunt, et circumduxit praefatos viros in ipsum terminum. Transactis namque fere duorum aut trium annorum ¹⁾ spatiis ad Salapiugin consecravit in honore S. Hrodberti ecclesiam, quam privvina cum omni superposito tradidit deo et S. Petro atque S. Hrodberto in perpetuum usum fructuarium viris dei Salzburgensibus habendi. Postmodum vero roganti Privvino misit Liuprammus archiepiscopus magistros de Salzburg muratores et pictores, fabros et lignarios, qui infra civitatem Privvinae honorabilem ecclesiam construxerunt, quam ipse Liuprammus aedificari coepit, officium ecclesiasticum ibidem colere peregit. In qua ecclesia Adrianus martyr humatus pausat. Item in eadem civitate ecclesia S. Johannis Baptistae constat dedicata, et foris civitatem ad dudleipin, ad ussitin, ad businiza, ad bettoviam, ad stepili perc, ad lindolueschirichun, ad keisi, ad uveidhereschirichun, ad isangrimeschirichun, ad beatuseschirichun, ad quinque basilicas temporibus Liuprammi dedicatee sunt ecclesiae. Et ad otachareschirichun, et ad palmunteschirichun ceterisque locis ubi privvina et sui voluerunt populi. Quae omnes temporibus privvinae constructae sunt et consecratae a praesulibus Juvavensibus.

Pervenit igitur ad notitiam Ludovici piissimi Regis, quod privvina piissimus fuit ac benivolus erga dei servitium et suum; fidelibus suis quibusdam saepius ammonentibus concessit illi in proprium ²⁾ totum, quod prius habuit in beneficium, exceptis illis rebus, quae ad episcopatum Juvavensis ecclesiae viderentur pertinere, scilicet ad S. petrum principem apostolorum et beatissimum Hrodbertum ubi ipse corpore requiescit. Ubi tunc ad praesens ³⁾ rector venerabilis Liuprammus archiepiscopus praesse dinoscitur. Ea ratione diffinivit domnus senior noster rex easdem res, quae tunc ad ipsum episcopum in ipsis locis conquaesitae sunt, et quae inantea deo propitio augeri possunt, ut sine ullius hominis contradictione et judiciaria consignatione illibate ad ipsa loca supra dictorum perpetualiter valeant perseverare. Isti fiebant praesentes: N. liuprammus archiepiscopus, erchanbertus ep., erchanfridus ep., hartwigus ep., karolomannus. hludovicus. ernust. ratpot. werinheri. pabo. fritilo. tacholf. deotrih. vuaninc. gerolt. liutolt. deotheri. wuolfregi. Iezo. egilolf. puopo. adalperht. megingoz. Item adalperht. odalrih. peringer. managolt. Actum loco publice in reganespurc. Anno domini DCCC°. XL°. VIII°. Indictione XI, sub die III idus octobris ⁴⁾.

Quamdiu enim ille vixit, nihil minuit rerum ecclesiasticarum nec subtraxit de potestate praedictae sedis, sed ammonente archiepiscopo, prout valuit, augere studuit; quia ad aug-

mentum servitii dei primitus post obitum Dominici presbyteri, Svvarnagal presbyter ac praeclarus doctor illuc missus est, cum diaconis et clericis. Post illum vero Altfridum presbyterum et magistrum cujusque artis Liuprammus illuc direxit; quem Adalwinus successor Liuprammi archiepiscopus ibi constituit, commendans illi claves ecclesiae, curamque post illum totius populi gerendam. Similiter, eo defuncto, rihbaldum constituit archiepiscopus. Qui multum tempore ibi commoratus est, exercens suum potestative officium, sicut illi licuit ⁵⁾ archiepiscopus suus, — usque dum quidam graecus, methodius nomine, noviter inventis slavinis litteris, linguam latinam doctrinamque romanam atque literas auctorales latinas philosophice superducens, vilescece fecit cuncto populo ex parte ⁶⁾ missas et evangelia ecclesiasticumque officium illorum, qui hoc latine celebraverunt. Quod ille ferre non valens sedem repetivit Juvavensem.

Anno igitur DCCC. LXV ⁷⁾ venerabilis archiepiscopus Juvavensium Adalwinus nativitatem Christi celebravit in castro Hezilonis, noviter Moseburch vocato, quod illi successit moriente patre suo privvino quem Maravi occiderunt: illo quoque die ibi officium celebravit ecclesiasticum. Sequentique die in proprietate Wittimaris dedicavit ecclesiam in honore S. Stephani protomartyris. Die vero Kal. Jan. ad ortahu consecravit ecclesiam in honore S. Michaelis archangeli in proprietate Hezilonis. Idem eodem anno ad weride in honore S. Pauli apostoli id. Nov. dedicavit ecclesiam. Item in eodem anno XIX. Kal. Febr. ad Spizzun in honore S. Margarethae virginis ecclesiam dedicavit. Ad Temperch dedicavit ecclesiam in honore S. Laurentii. Ad Fiskere eodem anno dedicavit ecclesiam. Et singulis proprium dedit presbyterum ecclesiis. Sequenti quoque tempore veniens iterum in illam partem causa confirmationis et praedicationis, contigit illum venire in locum, qui dicitur c e l l a, proprium ⁸⁾ videlicet unzatoni, ibique apta fuit ecclesia consecrandi, quam dedicavit in honore S. Petri principis apostolorum, constituitque ibi proprium presbyterum. Ecclesiam Stradachi dedicavit in honore S. Stephani. Iterum in weride ecclesia dedicata floruit in honore Petri principis apostolorum. Postea vero tres ecclesias consecravit, unam ad quartinacha in honore S. Johannis evangelistae; alteram ad Muzziliches chirichun, tertiam ad ablánza; quibus constituit proprios sacerdotes ⁹⁾.

A tempore igitur, quo dato et praeepto domni Karuli Imperatoris orientalis Pannoniae populus a Juvavensibus regi coepit praesulibus, usque in praesens tempus sunt anni LXXV ¹⁰⁾, quod nullus episcopus alicubi

1) Cod. 148: trium spatii rannorum. Hinc vides ipsum nostrum antiquissimum codicem apographum esse, non autographum; librarius literam post τὸ spatii credebat esse r. 2) Sic codd. omnes. Perperam ergo resolvit Juvaviae auctor compendium τὸν proprium, in τὸ: perpetuum. 3) Vides hinc, Salisburgensem nostrum e schedis Liuprammi aequalibus congressisse hanc diatribae suae partem. 4) Sic correcto e nostris codd. anno 849 pro 869 bene quadrant omnia. 5) Sic nostri omnes, praeter S. 79. sec. XIII—XIV, ex quo Juvavia habet: injunxit. 6) Bene interpretatus est summus Dobrovius: ex parte sc. Slavorum; nam „Bawariorum” quidem, qui Nostro auctore” cum Slavis inhabitabant has terras”, quorumque bavaria ecclesiarum nomina ad Isangrimeschirichun et similia satis indicant parochias, vix quidquam intererat, sive latine sive slavice sacra fierent. At intererat Salisburgensium ne latius serperet exemplum. 7) Sic codd. nostri vetustissimi ambo. Rectissime; nam A. 875 jam dudum erat mortuus Adalwinus. 8) Sic codd. omnes. Auctor Juvaviae ma e legit solitum compendium τὸν proprium; itemque male mizatoni pro unzatoni, cujus nomen superius recte legerat. 9) Cod. 148 in margine inferiori habet ab eadem manu notatum numerum ecclesiarum a Salzburgensi Archiepiscopo Adalwino dedicatarum, sic: „Est summa ecclesiarum XXX. II. et amplius”. 10) Sic retinimus e cod. S. 79, quamquam codd. sec. XII ambo habeant: LXXX. V. quod non quadrat cum Adalwini tempore vita functi die 21. Apr. anni 873. Quamquam nil impedit, imo quod supra vidisti de Liuprammi tempore aequae praesente, invitat credere, Nostrum sive 873, sive etiam 883,

veniens potestatem habuit ecclesiasticam in illo confinio nisi Salzburgenses rectores: neque presbyter aliunde veniens plus tribus mensibus ibi ausus est colere officium, priusquam suam dimissoriam episcopo praesentaverit epistolam. Hoc enim ibi observatum fuit, usque dum nova orta est doctrina Methodii philosophi".

XXXVIII. Appendix sexta: Slavorum cisdanubianorum historiae conspectus chronologicus usque ad obitum S. Methodii.

A. D. 554 Constantinus M. ultra 500,000 Sarmatas limigantes, dominos a servis expulsos cis Danubium liberenter excipit et dividit per Thraciam, Scythiam, Macedoniam Italiamque. Scito Sarmatarum vocabulum idem valere quod Serborum, antiquissimum Slavicae gentis nomen. Quam Italiam dicit, Carniola fuit, Italiae tum pars. Horum posteros jure credas Slavos Carantanos, sicut Bulgaros illorum qui per Scythiam, Thraciam Macedoniamque fuere divisi.

365 Equitius Illyrici Comes, Probusque praetorio Praefectus avarissimis exactionibus eo desperationis adegit, si fabula vera, Slavorum principes Tchum, Lechum et Russum, ut relictis ad Krapinam in hodierna Croatia sedibus novas iterum trans Danubium quaerent in Bohemia, Polonia et Russia.

381 Stridone everso, et Petavione episcopi Ariani prodicione Gothis tradito, proditor Julianus Valens latet Mediolani.

390 S. Hieronymus frequens litterarum commercium habet cum monachis et monialibus Aemonae (Labaci).

449 Slavi transdanubiani Romanorum militum rapinas ulciscētes occupant Salonam in Dalmatia, auctore Constantino Prophyrogenito. Slavi Bulgarici quotannis praedantur usque ad ipsam Constantinopolin, quam A. 507 Anastasius Imp. muro longo circumdato se tuturum sperat. Justinianus illis stipendia quotannis solvit. Ecce jam hinc primos ipsius Urbis *ιδιώτας*, quorum vocabula sl. skala et rogoz citant scholiastae. Aquilonem versus in Dacia certe et ultra Tibiscum dominabantur hi Bulgarici Slavi, teste Pethini oppidi perdurante in hodiernum diem ex idiomate bulgaricae dialecti vocabulo. Cf. supra p. XII, §. XIV.

455 Attila mortuo Gepidae in Pannonia caedunt 30,000 Hunos, reliquis ad Pontum fugientibus. Gepidae Daciae utriusque partes, Ostrogothi Pannoniam occupant.

455 Ex Africa Viennam ad Danubium advenit S. Severinus monachus, hicque A. 482, 8. Jan. moritur, ab Engippio discipulo celebrandus c. 510.

— de Francis queritur Aquilejensis patriarcha ad Mauritium imperatorem, quod dioecesin Augustanam et Tiburniam (i. e. Debern im Lurnfeld) in Norico invasissent.

493—526 Cassiodorus praesidem mittit Dalmatiae atque Suaviae provinciis. Haec Suavia necessario Slavica est. Etiam nunc Slavi / saepissime sonant ut u. Cf. Ptolemaei Ms.: Σουβήνοι qui sunt Slovini. Audi rusticos non solum Carniolae et Lusatae sed et Poloniae.

550 Slavi novi in Pannonia et Dalmatia, ac si es-

sent in suis finibus sine ullo metu hibernant, teste Procopio III, 40.

550—570 Slavi (bulgarici) Thessalonicae montes et campos colunt. Est ibi Slavina, vix non sui juris. Cf. Hasenotas ad Leonem Diaconum, et historiam byzantinam sat perspicue indicantem hunc rerum statum. Ex his Slavis oriundus erat ipse Basilius imperator, adeoque omnis illius suboles. Testis est Hamsa historicus Arabs et aequalis Genesius byzantinus historicus, qui Basili linguae patriae vocabulum adfert *κατὰ πόδρεζαν*, quod aperte est slavicum *нодрѣза*, supplantationis genus. Horum examen Slavorum in ipsa mox Peloponneso videbis consedisse.

567 Avars Gepidas subigunt ad confluentes Savi et Danubii.

568 Longobardi Avaris cedunt Pannoniae ditionem, quam ab A. D. 527, per 42 annos tenuerant. Sed falluntur qui cum Avaris demum intrasse in Pannoniam putant Slavos Carantanos, longe antiquiores. Paulinus Patriarcha Aquilejensis, Longobardorum metu sedem suam transfert in insulam gradum, quam Slavi volunt e sua lingua appellatam; grad enim Slavis est urbs. Sed nescias, an non lat. graduum potius subsit vocabulum; praesertim sicubi ante Paulum diaconum fuerit inventum. Haec sedis translatio ansam dedit schismati in ecclesia Aquilejensi, A. demum D. 698 cessaturo.

595 Tassilo, Francus, Bavariae dux, debellat Slavos Carantanos. Sed anno insequenti ipse vicissim debellatur, caesis omnibus, quos miserat, 2000 Bavaris.

611 Garibaldus Tassilonis filius debellatur a Slavis, usque ad Aguntum Dravique fontes progressis.

610—640 Chrovatorum et Serborum (e regionibus ultra Bajavariam sitis, at Ottoni tamen Magno parentibus tempore Constantini Porphyrogeniti!) in Illyricum et Moesiam immigratio, auctore Constantino Porphyrogenito. Haec nova Slavorum in Illyricum accessio medios quasi dirimit primigenios a Constantini M. tempore cis Danubium Slavos Moesiae e Pannoniae. Serbi maritimi et Croatiae Istriae et Dalmatiae baptizantur „per presbyteros Romae accessitos 1), teste Constantino Porphyrogenito, Romae tunc pontificatum tenente Joanne IV, nato Dalmata Salonitano! Natio tunc Croatarum teste eodem imperatore Constantino, „exhibebat equitum 60,000, peditum 100,000, et sagenas 80, conduras 100. Et sagenae quidem quadragenos viros habent, condurae vero vicos, nempe quae majores, nam minores denos tantum viros habent.”

624 Samo „Slavus manens in Carantania” dux gentis.

630 Slavi Carantani sui penitus juris, sub Valducho duce, perfugium tutum praebent septingentis Bulgaris, solis reliquis de novies mille familiis, quas bello civili expulsas ab Avaribus Franci jusserant hospitio excipi a Bavaris, addito secreto mandato, ut per somnum singuli interficerentur, inermes, ab hospitibus! (Fredegar. IX, 71).

634—687 Bulgari dominantur a Palude Maeotide per Daciam, Pannoniam, Moesiam. Imo brevi etiam per Dardaniam, Macedoniam, Thessaliam.

746—799 Slavi in Peloponneso sedentes, census annum solvunt ecclesiae S. Andreae Patrensi. 765—80

utcunque fuerit, aequalem Methodii, quidni vel ipsum Richbaldum, diversas hujus negotii schedas obiter quidem disposuisse, quin tamen suam compilationem denuo examinaverit diligentius.

1) Ponamus vera narrare Constantinum, certe presbyteri hi aut ex eadem Francia, inter Venetiam et Chrobatiam intermedia, ex qua postea Martinus podagricus, i. e. Carniola aut ipsi fuerint, aut interpretibus Carniolis usi; utpote Croatis idem plane cum his lexicon vocum christianarum habentibus bavarocaranticum.

Nicetas Slavus patriarcha Constantinopoli; Damianus Slavus primarius imperatoris minister; hujus populari et successori Basilio 867 obtigit ipsum imperium.

A. D. 748 Valduchi Justus successor nescio quotus, Boruth, adjutus contra Avars a Bavaris, his ipsis sit obnoxius, obsidesque dat filium Cacatium, et nepotem Chetumarum, quos Christiano more vult educari.

750 Moritur Boruth. Slavis Francorum jussu a Bavaris remittitur dux Cacatius „christianus factus”.

755 Moritur dux Cacatius. Slavis remittitur Boruti nepos Chetumarus dux.

769 Moritur et Chetumar. Horum uterque Virgilium Salisb. episcopum saepius rogaverat, ut inviseret gentem illam. Frustra. Putes, Virgilium metuisse vim partis Slavorum gentilium, qui bis terve moverant seditionem, „quam carmulam dicebant Bavari”. Misit tamen suo loco Modestum episcopum cum presbyteris, diaconis et clericis: itemque alios fato functo Modesto. Ecclesias in Carantanis jam tunc temporis dedicatas habes in Anonymo nostro. Sunt omnes in Carinthia hodierna.

770 Aguntum Ractiae oppidum dux Tassilo donat monasterio Scarantiensi, ut inde ad Slavorum gentem emittantur evangelii praedicatores.

Similiter fundatur monasterium Cremifanense in Norico in opposito fine Slavorum Pannonicorum Norici.

771 Carolus Magnus solus imperat universis Francis.

772 In Carantanis sedata carmula iterum dux creatur Waldunc (II?).

774 Carolus M. delet Longobardorum regnum in Italia.

776 — — Forojulienses duces Longobardorum.

788 — — Tassilonem ducem Bavarorum. Subigit Istriam, Liburniam, Dalmatiae partem, exceptis civitatibus maritimis remotioribus. Istriae et Liburniae praeficit ducem Joannem.

791 Carolus M. confirmat monachos Cremifanenses. Ad Anasam fl. parat expeditionem in Hunos.

796 Per ducem suum Forojuliensem Aericum cum Wonomiro Sclavo, et Pippinum filium ubique debellat Hunos, capto eorum regio ringo (circulo) cum ingentibus thesauris. Praecipuam in hoc bello ipse Carolus Fastradae uxori laudat operam episcopi Aquilejensis, ducum AERICI et Joannis, reliquorumque comitum et vassorum harum partium. Vacuam, si quidem Eginardo credimus, habitatore Pannoniam „habitare coeperunt Sclavi et Bavarii, et multiplicari”.

798 Arn Archiepiscopus Salisb. a Carolo mittitur per totam Pannoniam ad dispiciendam et ordinandam rem sacram: quae committitur Theoderico episcopo sub auspiciis Salisburgensis Archiepiscopi.

821 Mortuo Theoderico Pannoniae chorepiscopo ab Adalrammo sufficitur Otto episcopus. Carantanis propriis praest Osbaldus episcopus, sub Liuprammo et Adalwino (A. 859 — 869?).

822 Croatiae Dalmatiae subtrahunt se Francorum „servitio”.

A. D. 825 — 828 De limitibus in Pannonia inter Bulgarios et Francos disceptatio et bellum.

824 Moimir dux Moravorum in decretali Eugenii papae II.

c. 830 Privina „exulatus a Moimaro duce venit supra Danubium ad Ratbodum comitem, qui eum praesentat Regi Ludovico, baptizatque in curte Salisb. Treisma”. Privinae in beneficium dantur ampla praedia in Pannonia inferiore. Unde jure suspiceris, Ratbodum fuisse „exultationis” causam.

836 Adalrammus Archiep. Privinae ecclesiam in Nitrava ultra Danubium consecrat.

840 Liuprammus Archiep. Privinae aedificatur civitatem in nemore et palude Salae fl. mittit „magistros de Salzburg muratores et pictores, fabros et lignarios”.

845 Ratisbonae baptizantur 14 duces Bohemorum.

845 — 852 Bulgaris bene convenit cum Ludovico Germanico.

— Liuprammus consecrat ecclesiam in civitate Privinae.

846 Ludovicus Rex dat Moraviae ducatum Rastici Winido, nepoti Moimari.

855 Falso huic anno tribuit inventionem litterarum slovinicarum Dobrovius, ob indictionem III, longe aptius ex ceteris adjunctis assignandam A. 870.

857 Photius patriarcha. Hunc olim amicum suum paulo ante severe reprehenderat Constantinus philosophus de duplici hominis anima. Hinc Photii odium in Nostrum, hujusque paratior e Graecia emigratio!

— Theodora Imperatrix abit in monasterium. Hinc filius Michael III, quicum illa ab A. 842 — 857 diviserat imperium, solus regnat.

— 14. Apr. Nicolaus I. adit pontificatum. Per epistolam A. 860 frustra repetit antiqua Romanae sedis jura in Thessalonicensem Episcopatum, qui Romanae sedis vicem gerebat per Epirum veterem et novam, Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achajam, Dacias, Moesias, Dardaniam, Praevalim.

858 Constantinus philosophus in Chazariam abit missionarius; invenit et aufert reliquias S. Clementis papae.

861 Rastices adjuvat Carolomannum rebellem Ludovici R. filium. Privina occiditur a Maravis.

862 Rastices cum Cozili Privinae filio et successore, aut vocant Graecos Constantinum et Methodium, seu sponte venientes lubenter accipiunt apostolos.

864 Rasticis munitissimum castrum Devina (hodie Theben ad Moravi et Danubii confluentes) frustra obsidetur a Bavaris. Pax 1).

865 Adalwin in castro Hezilonis, noviter Moseburg vocato. (Male dicit Dobrovius, prius nomen fuisse Salaburg. Tolerabilius est alterum, quod nullo quidem teste proponit nomen, Belgrad sive Welgrad. Anonymus nonnisi Privinae civitatem appellat, tum novum edit sub Adalwino nomen Moseburg, cujus apud Fuldensium

1) Ad hunc annum pertinere videtur contentum membranae a prof. Monse inventae Olomucii, nobisque communicatae a prof. Ant. BOHEK, in editae, quae sic habet: „In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Innotescat omnibus Christi cultoribus, qualiter ego Severus dei gratia ecclesiae Pragensis episcopus, vidi quandam chartulam mihi a decano et capellanis sancti Petri in Olomutiz exhibitam, eamque vetustam esse agnovi et perlegi in haec verba — Ratis dux tradidit in die consecrationis ecclesiae S. Petri per venerabilem fratrem Ryrillum omnes homines castelli et civitatis ad ripam usque Marave fluvii. — Zu atoplk vero dux tradidit ad altare S. Petri in manus sacerdotis Ioannis sextam partem omnium quaecunque in supra olomutici ad castellum proveniunt. — Et ego frater sylvester scripsi haec feliciter. Amen. Quoniam vero haec chartula nimis parva et sigilli incapax existeret, quin immo humore et macerie non modice laesa cernebatur, ego praefatus dei gratia episcopus eandem, utpote pium et post vastationem hungarorum unicum superstes monumentum christianitatis coepae propria manu depixi (sic) et Otto dux moraviensis, ad cuius voluntatem hoc feci, paginam meam suo sigillo ipse hilariter roboravit.

annalium continuatorem ad A. 890, latina videtur interpretatio: urbs Paludarum. Mōs enim Bavaris idem est, quod Saxonibus Mōr, i. e. locus palustris.

866 Bogoris rex Bulgarorum „noviter conversus ad fidem christianam”, mittit Romam et in Bavariam, petens sacerdotes.

867 Occiditur Michael III indignus imperator. Basilus Macedo regnat. Photius dejicitur 25. Sept.

867, 13 Nov. Moritur Nicolaus papa, qui Constantinum et Methodium evocaverat Romam. Advenientes illos excipit novus a 14. Dec. papa Adrianus, qui utrumque consecrat episcopum. Sed Constantinus (factus monachus Cyrillus) A. 868, 13. Febr. moritur Romae; Methodius solus abit in Pannoniam.

869 Vocatio Bulgarorum secundum Dobrovii Cyrilum p. 47. Putes intelligi illorum ad graeci patriarchae obedientiam transitum.

— Rastices victus a Carolomanno, nepote Rasticeis, Zuentipulch, suis rebus consulente.

870 Rasticeis sibi insidiantem capit Zuentipulch, vinctumque tradit Bavaris, mox excoecandum.

— Methodius „missam canit Slavina lingua”. Richbaldus archipresbyter Salisb. in Moseburg, „non ferens vilescere missam latinam prae slavina”, sedem repetit Salisburgensem. At certe manserint in statione latini presbyteri reliqui per loca Bavaris habitata colonis in Salapiug, Lindolves Kirchen etc.

871 Suspectus ipse Svatopluk capitur a Bavaris. Sed cum infidelitas illius non posset ostendi, cum exercitu bavarico remittitur ad recipiendum regnum. At ille Bavaros decipit „sclavisco more”, comitesque Bavaros misere prodit.

872—873 Gliscit bellum inter Bavaros et Svatopluk.

874 Fit pax procurante Svatopluci legato, Joanne presbytero de Venetia; Svatopluko promittente census annum. Svatopluk carissimus Arnulpho, cujus filium suo nomine Zuentibaldum levat a sacro fonte.

875 Scribitur libellus Anonymi pro Salisburgensium juribus in Pannoniam, periclitantibus immisso ab ipso Papa graeco Methodio.

874. Joh. VIII novus ab A. 872 papa, scribit ad Carolomannum Carantani ducem, ejusque patrem Ludovicum Bavariae regem, de Methodio suo in Pannonia Archiepiscopo. Et ad Croatarum ducem Muntimirum, „ut ad Pannoniensem episcopi Methodii pastorem revertatur sollicitudinem”. Putes eum propendisse ad Constantinopolitanum.

875 Scribit Anastasius bibliothecarius 1. Apr. ad Carolum Calvum Franciae regem, de S. Clementis reliquiis adlatis Romam sub Adriano papa (A. 867—872). Notum est, eas e Chersone insula per Chazariam Bulgariamque et Pannoniam advexisse nostrum Constantinum, postea Cyrillum dictum in monachatu, mortuumque Romae 868.

877—879 Moritur Ignatius patriarcha. Succedit Photius jure meliori. Cf. Joh. VIII de hac re epistolas 199—205¹).

879 (IV die mensis Junii, ind. XII). Epist. 183. Ad Theodosium electum episcopum Nonensem: Laudat ejus erga Rom. ecclesiam observantiam et praeclaras ejus virtutes: testatur suam in eum benevolentiam: monet ut a se consecrationem episcopalem accipiat. (Non e.g. a Constantinopolitano, aut Aquilejensi).

— (die VII mensis Junii, ind. XII), Epist. 184: Ad Branimirum (Croatarum regem): suscipit eum ad Romanae ecclesiae gremium redeuntem: monet ut in Dei amore perseveret: impartitur benedictionem apostolicam, quam petierat: hortatur ut permittat legatum suum Joannem presbyterum epistolam (ad regem) Bulgarorum deferre.

— (die eodem ind. XII). Ep. 185 Ad sacerdotes et populos Branimiro subjectos. Excipit eos ad Rom. eccl. gremium redeuntes: monet ut perseverent.

— (VI id. Jun. iud. XII). Ep. 189. Ad Michaellem regem Bulgarorum. Agit Deo gratias quod legatos ad se miserit, doctrinam ecclesiasticam et canonica instituta recepturos: hortatur, ut ad Rom. ecclesiam redeat; et si ei placuerit, se ei legatum missurum pollicetur.

— (die X mensis Jun. ind. XII). Epist. 190. Ad Salonitanos clericos. Monet ut „nil dubitantes de parte Graecorum vel Sclavorum” ad gremium Rom. eccl. revertantur; et electus ab eis archiepiscopus consecrationem et pallium a se, et non ab alio accipiat: utque legato quaedam verbis relatu fidem adhibeat.

— (XVIII. Kal. Jul. ind. XII) Ep. 192. Ad Michaellem regem Bulgarorum. De legatione ac muneribus missis gratias agit: dolet eum defecisse ab eccl. Rom. ad quam monet ut revertatur: ostendit graecos Bulgarorum dioecesim, cum sit Romani pontificis, contra canones detinere.

— (die et indict. iisdem). Ep. 194. Ad Tuventarum de Marauva. Hortatur ut omnem falsam doctrinam rejiciens in Rom. Ecclesiae fide maneat; miratur Methodium aliter, quam fuerat professus, docere; et propterea ad se vocatum significat.

— (die et indict. iisdem). Ep. 195. Ad Methodium Archiepiscopum Pannoniensem: Praecipit, ut ad se veniat, ut de ejus doctrina cognoscere possit. Missas slavina lingua celebrari prohibet.

880. (mense Junio, ind. XIII) Ep. 247. Ad Sventopulchum comitem. Gratulatur de ejus et subditorum illius observantia erga sedem apostolicam: recipit eos in fidem suam: ostendit Methodium archiepiscopum orthodoxam fidem fuisse professum; cujus jura et privilegia confirmat, eumque ad eos regendos remittit. Nitriensis ecclesiae episcopum (Wichinum) consecratum significat, et alium ad se vult

1) Javerit hic Johannes VIII papae argumenta sub unum obtutum sistere epistolam huc spectantium, quotquot hucusque innotuerunt; unius etiam ex amici communicatione a nobis nunc primum addito fragmento in fine. Patebit hinc ingens utriusque partis aemulae contentio populorumque Slavicorum a mari ad mare continua agitatio.

A. D. 878 (indict. XI, Apr. XVI). Johannes VIII, epistolis 75—81, missis per Eugenium et Paulum epp. ad Michaellem regem Bulgarorum: Dolet quod Graecos sequatur; hortatur ad Romanae ecclesiae gremium redeat; tum de dono misso gratias agit; postremo Sergium quemdam per subreptionem ad sacerdotium et episcopatum Belgradensem promotum, depositum esse significat.

— die eodem: Petrum comitem regis Bulgariae, hortatur, ut Regem ad Romanae ecclesiae gremium revocet.

— die eodem. (Propinquum aliquem regis) salutatur de eodem argumento.

— die eodem. Ad Ignatium patriarcham. Tertio jam commonet, ne Bulgarum regionem ad ecclesiam Romanam antiquitus pertinentem usurpet, et sive a se sive a suis suffraganeis in ea consecratos episcopos intra 30 dies illinc educat; et nisi post duos menses paruerit, dominici corporis, et sanguinis communionem, et si perseveraverit in contumacia, patriarchali etiam dignitate privat.

— eodem die. Ad Episcopos et clericos graecos. Declarat idem quod Ignatio. Ceterum qui paruerit, restituendum ei episcopatum decernit quem in Graecia habebat. Et si nullum antea habebat, vacantem, si dignus est, eidem conferri jubet.

— eodem die. Ad Basilium imperatorem. Dolet Constantinopolitanam ecclesiam schismate adhuc laborare: qua de re legatos mittit.

— die eodem. Ad eundem, ut legatis a se missis fidem habeat, et opem ferat Romanae ecclesiae. (Sunt ergo litterae, quales hodie creditivas vocant, legatorum).

879 (VI. Non. Maji, ind. XII) Epist. 174, 175, 176. Ad Michaellem regem Bulgarorum. Hortatur ut ad obedientiam Romanae ecclesiae, a qua seductus recesserat, cum sua gente revertatur.

— die eodem. Ad consiliarios Regis. De eodem argumento.

— die eodem. Ad Sedesclavum gloriosum Slavorum comitem. Praecipit ut legato, quem ad regem Bulgarorum mittit, iter tutum praebet, et necessaria suppeditet.

879 Subscribit Photii synodo Agathon τῶν μετὰ-
βῶν (inferiorum?) episcopus.

880. Methodius Romam pergit cum Slavorum lega-
tis, etiam Svatopluci Zemizizno. Suam fidem et liturgiam
slavicam probat summo pontifici. Remittitur in Panno-
niam cum approbatione et commendatione papae. Wichin-
gum Alemannum, Nitriae ultra Danubium episcopum a
Papa consecratum accipit suffraganeum, tertiumque po-
stulat sibi dirigi papa, ut sic per tres hos episcopos, Me-
thodium scilicet archiepiscopum et Wichingum cum tertio
canonice et alii in ipsa hac iustaurata Pannoniae et Illyrici
Daciaeque transdanubianae metropoli, quotquot postmo-
dum obvenerint, ordinentur. Quas spes omnes turbo mox
hungaricus converret misere, attamen resurrecturas post-
liminio longe etiam ampliores.

881. Joh. VIII consolatur Methodium de calumniis
Wichingi, huncque mendacii arguit. Fuit hic Wichingus,
seu ut graecus illum vocat S. Clementis
biographus slavice potius Vichnicus, homo turbulentus et
ambitiosus, ipsisque Bavaris invisus. Nam cum se A. 894
Arnulpho insinuasset pro Cancellario, isque eum creasset
episcopum Passaviensem, A. 899 dejectus est ex illa sede
a Salisburgensi Archiepiscopo.

882 — 884 Iterum inimicantur Arnulphus et Svatopluk.
Tantusque erat Svatopluci exercitus, „ut uno in loco a
solis ortu usque ad vesperum per integrum diem sibi suc-
cederent illius milites transeuntes. Dux Slavorum inter
„Dravo et Savo” flumina, Brazlavo, tunc stabat ab
Arnulpho. — Johannes VIII papa a propinquis suis veneno
et malleo interficitur.

884 Pax inter Carolum Calvum Imperatorem et Sva-
toplucum in Tullina (Austriae). Nunc non amplius est du-
bium Svatoplucum et Pannoniae partem fuisse concessam,
cum Fuldensis continuator ad 901 Caruntanum vocet
Moraviae regni partem australem.

884 Methodius consecrat ecclesiam SS. Petri et Pauli
Brunae (ipsa membranae verba habes supra §. XXXV). Nec
ergo e vita decesserat A. 881, nec e Moravia; imo secun-
dum omnes biographos, graecos et slavos, 884–894 mortuus
est in Moravia, „in quorum magna ecclesia fuit sepultus”.

885 In pacem cum Arnulpho factam jurant Svatop-
lucum Bavariae principes.

886 Arnulphum ferunt „Suatoplucum concessisse mar-
cam dictam Avaricam”. (Certe Suatopluci Magnae Mo-
raviae regis potentia post centum adhuc annos resonat

in Constantino Porphyrogenito, imo et in ipso Germano,
propiore loco et tempore remotiore, Diethmaro Mersebur-
gensi episcopo). Arnulphus filium sibi ex pellice natum a
Suatoplucum voluit de sacro fonte levare, ex illoque vocari
Zuentibaldum. Tanta erat amborum mutua necessitudo.
Sperabatque Arnulphus, sibi successurum hunc nothum
filium, prout et ipse nothus successerat Carolomanno: sed
subnato sibi interea e legitima conjuge filio Ludovico (In-
fante), spurio procuravit Lotharingiae ducatum.

886 Moritur Basilius Imperator. Succedit filius Leo
Sapiens. Photius iterum dejicitur relegaturque in monaste-
rium. Patriarcha fit Stephanus, Leonis imp. frater.

887 Germani Arnulphum Carolomanni ex pellice
filium sibi eligunt regem, annos tum natum 38.

888 Symeon, rex Bulgarorum, Aristotelis non igna-
rus, Byzantinis bellum infert ob laesum Slavorum Thes-
salonicae commercium. Graeci contra, Hungaros in
Atelcuzu sedentes in Bulgaros conducunt; hi vicissim
Pacinacitas in illos. Sic turbatis undique rebus Arnulphus
„Pannoniam cum urbe Paludarum” ad lacum Balaton,
commendat duci suo Brazlavoni A. 896.

890 Arnulphus Suatoplucum regi dat Bohemiae ducatum.

891 Arnulphus legatos mittit ad Suatoplucum ad fir-
mandam pacem.

892 Arnulphus iratus Suatoplucum, praeter Brazlavo-
nem et Bulgaros, novos etiam in Europam advenas Hun-
garos in illum conducit. Horrenda Pannoniae vastitas: „in
tota Pannonia, nostra maxima provincia, non una appa-
ret ecclesia”. cf. supra p. IX.

893. Suatoplucum dat obsidem filium proprium.

894 Moritur Suatoplucum, diviso inter ambos filios,
Moimarum et Suatoplucum, regno, mox perituro nutritâ
et a vicinis fraterna discordia et Hungarorum a Pacinacitis
ex Atelcuzu ejectorum invasione.

899 Bellum inter Suatopluci filios, quorum alteri
succurrunt Bavari.

900 Bavariae episcopi, „Theotmarus Juvav. eccl.
archiep., Waldo Frisingensis, Erchenbaldus Eystatensis,
Zacharias Sabionensis, Tutto Ratisbonensis, Richarius
Pataviensis, nec non universus clerus et populus christia-
nus per totam Noricam quae et Bavaria vocatur” lamen-
tantur de papa, qui unum episcopatum Pataviensem in
quinque divisisset, missis Roma in Moraviam tribus
episcopis, qui intrantes „in papae nomine denuo ordina-
runt unum archiepiscopum et tres episcopos”. De Pata-

mitti, quem alii ecclesiae praeficiat (, ut cum his duobus a nobis
ordinatis episcopis praefatus archiepiscopus vester per alia loca,
in quibus episcopi honorifice debent et possunt existere, postmo-
dum valeat ordinare”). Jubet omnes ipsi archiepiscopo Methodio
obedire: concedit ut divina officia slavica lingua recitari pos-
sint, dummodo evangelium honorificentiae causa latine prius re-
citetur.

881. (XI. Kal. Apr. ind. XIV). Ep. 268. Ad Methodium archie-
piscopum. Gratulatur de orthodoxae fidei cultu, et de ejus erga
religionem studio et cura: precatur in dies spirituales profectum
majorem, eumque consolatur (de machinationibus Wichini).

Sine die et anno. Ep. 284. Ad Barnimerum comitem, sacerdo-
tes etc. Ostendit sibi gratissimam fuisse eorum in sedem apostoli-
cam observantiam; hortatur ad perseverantiam: jubet legatos ad
se mitti, quibus revertentibus legatum suum se missurum polli-
cetur, cui ipsi fidelitatem juxta ecclesiae ritum promittant.

Sine die et anno. Ep. 287. Ad Michaelen Regem Bulgarorum.
Miratur, quod legatos non miserit; monet ut id quam primum
faciat.

Sine die et anno. Ep. 297. Ad Michaelen Regem Bulgarorum.

Hortatur ut ad fidem et obedientiam Rom. Ecclesiae redeat, et lega-
tos mittat.

Sine die et anno. Ep. 512: „Joannes VIII Michaeli Regi Bulga-
rorum. „Si ab his quos excommunicatos habebamus, sacramenta quae-
cumque suscipitis, constat quia idololatriam, non ut catholici esse-
tis, sed ut schismatici efficeremini, dereliquisse videmini.”

882 Joh. VIII ex concilio III apud Ravennam: Cozilli comiti,
de his qui uxores suas dimiserint vel ad alias illis viventibus migra-
verint (nuptias). (Nunc primum editur e membr. Capituli
Olomucensis). „Porro eos, qui uxores suas dimiserint, illis ad
ad alias viventibus migraverint nuptias, tamdiu cum consentaneis eorum
excommunicamus, quousque posterioribus remotis priores poenitendo
repperint. Sicut enim nuptiae a Deo, ita divortium a diabolo est,
teste S. Augustino, repertum. Quod enim conjunxit Deus, homo non
separet. Praecipue cum haec pessima consuetudo ex paganorum more
remanserit, quorum in talibus non alius nisi ipse diabolus erat ma-
gister et auctor.” Annus concilii III, convenit nostro Cozilli, et cf. infra
p. 4, versu 120 seqq. sermonis I. additamentum notabile interpretis
Slavi in eandem sententiam.

viensis tantum episcopatus parte transdanubiana queruntur, Pannonia scilicet jam ita vastata per Hungaros, ut in ea „maxima provincia non ulla appareret ecclesia”. Negant se Hungaris, „ut in Italiam transirent pecuniam dedisse pretiosae alicujus substantiae, sed tantum sua linea vestimenta donasse quatenus eorum aliquoties virilitatem demulcerent”. Est dignissima quae legatur integra haec

lamentatio, tam pro historia Slavorum quam Germanorum et Hungarorum.

901 Pax cum Moravis, quorum interim „partem australem, Caruntanum”, invadunt novas sedes quaerentes Huni; Germaniae rege puero (juvenculo novenni) de Carantano tanquam re aliena minime sollicito Ratisbonâ per Alemanniam pergente in Franciam.

C O N C L U S I O.

In hac praefatione, praeter historiam codicis Cloziani, duo nobis proposueramus philologiae Slavicae capita illustrare extraque omnem, si quidem possemus, dubitationem ponere. Primum: alphabetum nunc dictum glagoliticum hodieque Slavorum tantum ritus latini reliquis per Istriam Dalmatiamque quasi proprium, si minus antiquius, at saltem aequale esse antiquitate cyrilliano; olimque merito fuisse vocatum bulgaricum „abecenarium”, et communi passim jure cum cyrilliano cis Danubium per omne late Illyricum fuisse dominatum. Alterum: dialectum Slavorum utriusque ritus sacram, nunc emortuam, seculo nono fuisse vernaculam S. Methodii archiepiscopi Pannoniensis dioecesanorum, Slavorum nimirum Pannoniae, seu (ut passim vocantur illius aevi annalium scriptoribus) Carantani, pluribus ante S. Methodium et Cyrillum fratres seculis per missionarios alemannos seu bavaros christianis sacris initiatorum. Hanc ergo suae dioeceseos dialectum slavicam S. Methodium A. 870 in Pannonia primum evexisse ad aras, mox ingenti Slavorum reliquorum omnium applausu exceptam, primaeque patriae per Hungarorum vastitatem exilem pupillam paratum receptum habuisse apud cognatos Bulgaros, Croatas, Serbos tandemque Russos, e quorum singulorum commercio etiam traxisse complura, quae ignorasset in Pannonia, et vicissim amisisse profugam quae domi habuisset.

In cujus utriusque capitis summâ quo longius a summi Dobrovii δευτέρων φροντισῶν et quasi testamentaria sententia discedimus (ille enim alphabeti glagolitici excogitationem seculo XIII assignat, linguam verò sacram Thessalonicensibus Slavis), hoc impensius nobis rogandus es, candide lector, ut et tua ipsius et nostra causa sine ira et studio examines vim et pondus adlatorum utrinque argumentorum. Equidem in his etiam, sicut in reliquis omnibus,

Quid VERUM atque DECENS curo et rogo et omnis in hoc sum.

Neque veremur, ne apud aequos iudices nobis officiat patria Carniola, ad cujus utpote Carantani et Pannoniae particulae gloriam haec conemur adstruere. Repetimusque, nos religiose quaesisse VERUM, paratos transire in contrariam sententiam, si quis nostris funditus eversis meliora pro ea attulerit argumenta. Quod interim tantum abest ut fieri posse credamus, ut potius confidamus quovis novo sive philologico sive historico codice emergente nostram de utraque quaestione sententiam confirmatum iri. Est igitur veris Criticis sive linguae sive historiae palma proposita, minime tamen ea declamationis aut sycophantiae, sed rationum et argumentorum. Jamque lector

Vive, vale. SI QUID NOVISTI RECTIUS ISTIS,
CANDIDUS IMPERTI; SI NON, HIS UTERE MECUM.

Sed haec utcunq̄ fuerint examinaturus per otium, tu interea ingredi in templum slavicum, auscultaturus Chrysostomum slavice perorantem!

GLAGOLITA
C L O Z I A N U S

ACCURATE TRANSCRIPTUS

LITTERIS CYRILLIANIS

USITATIORIBUS.

соугобите благодѣть • занетаковомъ отрокмъ •
 достоинникъ исте оји • иже нѣ ихъ же не вѣдѣ
 хъ старци • бѣмъ наоучени вѣспѣша • обрати
 те срдца ваша къ чадомъ • и не сѣмѣжите о
 чью вашу ею къ истинѣ • аште ли есте тужи де
 сами • и ашютъ есте лоучаше младѣнець •
 тивамъ бжжтѣ сждья по гноу словеси •
 доврѣ оубо сего ради прогласи • о васъ исанѣ
 пророкъ гл҃а • не нѣинѣ постъидитса нѣко
 въ • ни нѣинѣ лица прѣложитъ иль • нѣ егда
 оузыратъ чада ихъ дѣла мотѣ • мене ради
 сѣлтѣ има мое • о тѣтѣ домъ иѣковъ •
 и бѣ илѣва оубо мѣтѣса • и разоумѣйтѣ дх҃о
 мѣ блждштѣи разоумъ • а рѣпѣштѣ штен
 наоучатѣса послушатї • и ѡзѣици вѣз
 снжштен • наоучатѣса гл҃атї миръ • слы
 шиші ли пророка • ш не сѣмѣисльни срь
 дѣцемъ жидовине • како испрѣва гл҃етъ протї
 вленѣе ваше наоучиса • отъ него • како бо оченж
 пѣснь чадъ вашихъ • бѣко и блаженъи дѣдѣ
 проповѣдѣ • изоустѣ млада нечѣисѣсѣштї
 хъ сѣврѣшилъ еси хвалж • бѣко оубо и своѣ ча
 да твораште тако и приложите са сѣлтѣини
 ихъ и бжи разоумѣ • аште ли же къ живото
 любьци • и не навидаште добра • съ честь
 жо отрокъи намъ дддите • и мѣи сѣ ни
 мї вѣспоемъ новѣимъ ѡзѣикомъ пѣснь
 еванѣлскжж бѣнаоученоу жѣ оубо оудѣнж •
 и тї намъ зачѣнжтѣ • и тї прогласатѣ но
 воиж пѣснь • еї же ѡ наоучилъ естѣ са бо
 естѣ дѣни семоу честь • иногда ко сумеонъ
 сѣрѣтѣ хѣ • и на ржкоу прїятѣ прѣвѣчѣнаго бѣ •
 бѣко младѣнець • и бѣ благослові старць •
 днесь же вѣ старъихъ мѣсто не сѣмѣи
 слѣнъихъ отроци сѣрѣтѣ сїсителиѣ • бѣко су
 меонъ • и вѣтѣ вѣе постилаша • и бѣко бѣ бл҃гсѣ
 шасѣ аштаго на жрѣкатѣ • бѣко и на прѣстолѣ хѣ
 роувимъ сѣѣмъ • шсана сїоу дѣвѣ гл҃жште •
 бл҃гнѣ градѣи вѣи магнѣ • бл҃гнѣ градѣи бѣотъ
 бѣ • прѣвѣчѣнъи цр҃ѣ славънъи • оубо жаван

1 соугобите благодѣть; зане таковомъ отрокмъ
 достоинни бѣисте оји, иже и та ихъ же не вѣдѣ-
 хъ старци, бѣмъ наоучени вѣспѣша. обрати-
 те срдца ваша къ чадомъ, и не сѣмѣжите о-
5 чью вашею къ истинѣ. аште ли есте тужи де
 сами, и ашютъ есте лоучаше младѣнець,
 тивамъ бжжтѣ сждья, по гноу словеси.
 доврѣ оубо сего ради прогласи о васъ исанѣ
 пророкъ гл҃а: не нѣинѣ постъидитса нѣко-
10 въ, ни нѣинѣ лица прѣложитъ иль: нѣ егда
 оузыратъ чада ихъ дѣла мотѣ, мене ради
 сѣлтѣ има мое, и о тѣтѣ домъ иѣковъ,
 и бѣ илѣва оубо мѣтѣса; и разоумѣйтѣ, дх҃о-
 мѣ блждштѣи, разоумъ. а рѣпѣштѣ штен
15 наоучатѣса послушатї. и ѡзѣици вѣз-
 снжштен наоучатѣса гл҃атї миръ. слы-
 шиші ли пророка, ш не сѣмѣисльни срь-
 дѣцемъ жидовине! како испрѣва гл҃етъ протї-
 вленѣе ваше; наоучиса отъ него, како бо оченж
20 пѣснь чадъ вашихъ. бѣко и блаженъи дѣдѣ
 проповѣдѣ: изоустѣ млада нечѣ и сѣсѣштї-
 хъ сѣврѣшилъ еси хвалж. бѣко оубо и своѣ ча-
 да твораште тако и приложите са сѣлтѣини
 ихъ и бжи разоумѣ. аште ли же къ живото-
25 любьци, и не навидаште добра, съ честь-
 жо и отрокъи намъ дддите; и мѣи сѣ ни-
 мї вѣспоемъ новѣимъ ѡзѣикомъ пѣснь
 еванѣлскжж, бѣнаоученоу жѣ, бѣоубо оудѣнж.
 и тї намъ зачѣнжтѣ, и тї прогласатѣ но-
30 воиж пѣснь, еї же ѡ наоучилъ естѣ. си бо
 естѣ дѣни семоу честь. иногда ко сумеонъ
 сѣрѣтѣ хѣ, и на ржкоу прїятѣ прѣвѣчѣнаго бѣ,
 бѣко младѣнець, и бѣ благослові старць.
 днесь же, вѣ старъихъ мѣсто не сѣмѣи-
35 слѣнъихъ, отроци сѣрѣтѣ сїсителиѣ, бѣко су-
 меонъ, и вѣтѣ вѣе постилаша, и бѣко бѣ бл҃гсѣ-
 шасѣ аштаго на жрѣкатѣ, бѣко и на прѣстолѣ хѣ-
 роувимъ сѣѣмъ. шсана сїоу дѣвѣ гл҃жште.
 бл҃гнѣ градѣи вѣи магнѣ. бл҃гнѣ градѣи бѣ отъ
40 бѣ. прѣвѣчѣнъи цр҃ѣ славънъи. оубо жаван

ADNOTATIUNCULAE CRITICAE.

Lin. 1. Sic: соугобите pro соугоуките? — благодѣть (gratiam) prodit, interpretem nostrum pro recto χαράν (gaudium) hic legisse χαρίν. — отрокмъ, defectu puto spatii, pro отрокомъ. — 19. бо оченж pro бо оученж. — 21. изоустѣ sine ѣ post из. — 24. къ животолюбьци certo errore librarii, sed medela incerta cum et graecus variet. — 28. Sic: hic et alias, evangelica dicit angelica. — бѣнаоученоу жѣ pro - нжж? Et mox l. 30. новоиж pro, новжж? — 40. славънъи, ubi славъи expectes, τῆς δόξης.

вѣ своихъ не оужоужно насъ ради . данъи обогати
 тѣ . блнъ пришеди въ сѣмѣренїи . и пакъи града
 и въ славѣ . прѣвѣ на жрѣбъци . отъ видѣ фагна .
 въ вторицеѣ на облацѣхъ въ ѿсе . прѣвое кротъко
 маадѣнци хвалїмъ . въ второе еванѣскѣими си
 лами . блнъ града и въ има гнѣ . кѣто съ естѣ
 ѡ боучанѣи троици . и бо врѣма естѣ юже и
 здрѣшти . и приобѣштїти нѣи танинахъ . ѣко
 же и мзи васъ лика дѣла , сѣтѣ , сѣтѣ тогда
 глѣли си върнаго црѣ и ѿва . дхвнъхъ гж
 слибранинѣ . сжштаго ижего црѣ и гѣ .
 похвалѣжшта . дхвнънми словесѣи . и
 разоумомъ . сего ради и мзи поемъ медо
 точнънми пѣснми глѣжште . ослна снѣу дѣвѣ .
 блнъ града и въ има гнѣ . онъ пснъимъ съ
 кровѣште покриваше глѣ . о ги снѣи . о ги поспѣ
 ши . блгонъ града и въ има гнѣ . блнъ гнѣи
 просвѣтѣсанамъ . ни съ кровѣште раскопава
 емъ ѣко обрѣтаетѣса . не искоушлѣжштимъ
 его ѣвлѣетѣса . и мжштимъ въ вѣржемоу .
 аште оуко любитї прѣвѣдѣ блдѣзикамъ .
 земля . кѣиѣ слово велитѣ . и пакъи по нѣ
 тоу благоу творитї ти праведна . и бо отъ пра
 веднънхъ дѣлїи зачинаемъ блаженое жї
 тѣ . да видимъ съ страхомъ . чѣто сему
 истѣлѣнѣ . блнъ законъ съказаетѣ . и се ѣ
 ко въ сѣкого пламене пламениѣе . и ѣ до вїтоу
 оуѣденю . ѣ до вїтѣе да отъ вѣжнимъ . приде
 тѣ ко пророкъ мси . отъ бѣ на оученъ сн . и
 кѣ блдѣзикамъ прѣвѣи глѣ . слоухъ бо соуе
 тнънъ сѣтѣ . не примешї чѣто сѣ глѣ слоу
 хъ соуетнънъ сжштѣ . и соуетнънъ и ксѣвѣ
 дѣтель . и кромѣ сѣпсѣнънми . и звѣстѣ
 ннми испзнанъемъ законннми . прие
 маж прѣжде еліко отъ бѣ властѣ приемѣше .
 докрѣи звѣдѣжштен . окрѣтѣжштїхъса .
 въ своимъ люди . та же сѣтѣ рѣпѣльсво
 мѣ . испзнанъемъ на въ сѣкъ дѣнъ раздрѣ
 шлѣжште дѣжнн сжтѣ ни единого чѣа по
 днми сжштаго соулѣе имѣтї бжню законуу .

вѣ своихъ не оужоужно насъ ради , да нѣи обогати
 тѣ . блнъ пришеди въ сѣмѣренїи , и пакъи града
 и въ славѣ ; прѣвѣе на жрѣбъци отъ видѣ фагна ,
 въ вторицеѣ на облацѣхъ въ ѿсе : прѣвое кротъко ,
 45 маадѣнци хвалїмъ : въ второе еванѣскѣими си
 лами . блнъ града и въ има гнѣ . кѣто съ естѣ
 ѡ боучанѣи троици . и бо врѣма естѣ юже и
 здрѣшти , и приобѣштїти нѣи танинахъ . ѣко
 же и мзи васъ лика дѣла , сѣтѣ , сѣтѣ тогда
 50 глѣли си върнаго црѣ и ѿва , дхвнъхъ гж
 слибранинѣ , сжштаго ижего црѣ и гѣ
 похвалѣжшта , дхвнънми словесѣи и
 разоумомъ : сего ради и мзи поемъ медо
 точнънми пѣснми глѣжште : ослна снѣу дѣвѣ .
 55 блнъ града и въ има гнѣ . онъ пснъимъ съ
 кровѣште покриваше глѣ : о ги снѣи , о ги поспѣ
 ши . блгонъ града и въ има гнѣ . блнъ гнѣи
 просвѣтѣса намъ ни сѣкровиште раскопава
 емъ , ѣко обрѣтаетѣса не искоушлѣжштимъ
 его , ѣвлѣетѣса и мжштимъ въ вѣржемоу .
 60 аште оуко любитї прѣвѣдѣ блдѣзикамъ
 земля кѣиѣ слово велитѣ , и пакъи по нѣ
 тоу благоу творитї ти праведна . и бо отъ пра
 веднънхъ дѣлїи зачинаемъ блаженое жї
 65 тѣ . да видимъ съ страхомъ . чѣто сему
 истѣлѣнѣ блнъ законъ съказаетѣ . и се , ѣ
 ко въ сѣкого пламене пламениѣе , и ѣ до вїтоу
 оуѣденю ѣ до вїтѣе да отъ вѣжнимъ . приде
